

ruit Scorus dist. 14. quæst. 1. cit. lit. L. & H. ubi postquam dixit transacto actu peccaminoso remanere in peccatore reatum, seu obligationem ad pœnam æternam, docet deinceps hunc reatum per pœnitentiam deleri. & dist. 20. ab initio docet deleri, vel per pœnitentiam interiorem, scilicet contritionem, vel per Sacramentum, & tandem dist. 14. qu. 4. & d. 22. lit. F. ait, quod dum reatus pœnæ æternæ deletur, commutatur ex Dei misericordia pœna æterna temporalem, vel in via, vel in Purgatorio solvendam. Quoad primam partem probatur ex Scriptura, quæ inseparabiliter jungit statum culpæ cum reatu damnationis æternæ, & è contra remissionem culpæ, seu justificationem cum fedintegratione ad gloriam, & liberatione a tali damnatione, ut constat ex illo ad Rom. 6. Nunc liberati à peccato servi facti Deo habentes fructum vestrum in sanctificationem, fructum autem vitam æternam. Et hoc docet Trident. sess. 6. cap. 14. ubi supponit pœnam æternam simul cum culpa mortali deleri, & hoc tandem suadet ratio, quia ordinariè non remittat culpa, nisi per gratiam habituales, hæc autem est filio adoptiva Dei hominem constituens Heredem vitæ æternæ ex eodem Trident. sess. 6. cit. cap. 4. & 7. ergo tollit reatum, seu dignitatem pœnæ æternæ, non enim potest quis simul esse dignus vitæ, & pœnæ æternæ.

60 Quod secundam partem probatur etiam ex communi Theologorum consensu, qui dicunt, dum cum reatu culpæ deletur quoque reatus pœnæ æternæ, commutatur ex Dei misericordia pœnam æternam in temporalem, vel in via, vel in Purgatorio solvendam, & hoc etiam sancivit Trid. sess. 14. c. 3. contra Hereticos nostri temporis id negantes, ac consequenter Purgatorium, suffragia, & indulgentias pro defunctis, ut refert Bellarmin. libr. 4. de pœnit. cap. 2. verba vero Conc. sunt hæc: *Sacra Synodus declarat falsum omnino esse, & à verbo Dei alienum eulam à Domino nunquam remitti, quin universa etiam pœna condonetur.* Denique hoc etiam suadet ratio ex offensis humanis deducta, in quibus remissa tota offensæ per acceptationem in amicitiam, adhuc potest, & solet offensæ ab offendente aliquam satisfactionem exigere ad refarciendum jus læsum publicæ justitiæ; ergo similiter potest Deus peccatorem ad suam amicitiam acceptare condonata perfectè culpa, & adhuc ab eo aliquam exigere pœnam in recompensationem divini justitiæ læsæ, nam qui Deum offendit, non solum amicitiam violavit, sed etiam jus, & justitiam, quare utraque redintegranda est, & bene potest separatim una absque alia refarci, nam potest quis esse alteri amicus, & simul debitor justitiæ, quia hæc jura, cum sine diversâ, non sibi contradicunt. An autem de potentia Dei absoluta possit Deus remittere culpam non remisso debito pœnæ æternæ, disputamus loc. cit. in fine art. & objectiones contra præcedentem doctrinam solvimus artic. 2. ejusdem quæstionis.

QUESTIO QUARTA.

De remissione peccatorum venialium.

18 Declarata remissione peccatorum mortalium per virtutem pœnitentiæ, in præfati quæst. discurrendum est de remissione venialium, pro quo supponendum est ex dictis. 2. dist. 6. de peccato hab. quali, etiam ex peccato veniali causari in anima aliquam maculam, quæ consistit non quidem in privatione alicujus gradus gratiæ habitualis, quandoquidem sit cum ea compossibilis in quocumque gradu; sed vel in denominatione à præcedenti culpa non retractata, vel in aliquo alio ab ea moraliter relicto, & permanente, pro quo homo nondum condignè satisfecit, quæ macula, & denominatio causa est, ut in homine aliquid sit, quod Deo displiceat, & quod impediatur aliquorum donorum collationem, & auxiliorum, quibus homo charitate, quam habet ferventius uteretur. Cæterum autem est, ut jam diximus dist. 5. cit. q. 9. ab initio, & passim concedunt omnes, maculam peccati venialis sufficienter tollit per contritionem formalem, vel saltem virtuales, ac etiam per attritionem cum Sacramento, nam si hæc sufficiunt ad maculam abstergendam peccati mortalis, tantò magis venialis, & præfati virtutum actus aliquo modo à priori defectu voluntatem averunt, & alioquin in actu vel in gratia accipiunt, quæ supponitur in homine iusto, atque adeo sunt Deo magis grati, quam veniale displicerit, quæ satis erant ad remissionem. Deumque inducunt in genere causæ formalis ad illam exhibendam, & quod ea opera sic accepta, etiam si non crederet, ac rationabile, quia per illa tantus honor exhibetur Deo, immo maior, quam subtractus sibi fuerit per veniale, & talibus operibus sæpe in Scriptura talis acceptio promittitur, & remissio ut dimitendo aliis iniuriam dimittere, &

loco cit. quæ situm autem nunc breviter juxta dicta ibidem de mente Doctoris resolvemus.

ARTICULUS PRIMUS.

Quomodo remittantur venialia in hac vita.

82 Primo dicendum est peccatum veniale posse deleri extra Sacramentum per contritionem, sive generalem respicientem omnia peccata in genere sive etiam per specialem tendendam distinctè in veniale, & posse etiam deleri virtute attritionis cum Sacramento, immo etiam extra Sacramentum in homine iusto. Conclusio quoad primam partem est communiter concessa, & est Scoti 4. d. 21. q. 1. §. In ista quæstione, ubi ait peccatum veniale in hac vita remitti posse per pœnitentiam interiorem, & exteriorem, ubi nomine pœnitentiæ exterioris Sacramentum pœnitentiæ intelligitur, & obvia est probatio, quia coarctio extra Sacramentum, & attritio cum Sacramento sufficientes sunt ad delendum mortale, ut constat ex dictis q. præced. ergo tanto magis sufficientes erunt ad veniale delendum; dicuntur autem sufficientes ad delendum veniale peccatum, quia non sunt media necessaria, ut inquit Doctor loc. cit. cum per alia quoque remitti possit. Quod autem in homine iusto possint venialia deleri etiam per simplicem attritionem sine Sacramento, quæ est altera pars conclusionis, est Scoti, & Scotistarum, Suarez 3. part. disp. 11. sect. 2. Coninch. disp. 2. dub. 14. & aliorum contra Valquez, & alios Recentiores in homine iusto ad deletionem venialis extra Sacramentum requirentes contritionem formalem, vel saltem virtuales, & probatur, quia ex opposita sententia sequeretur, quòd magis, vel æque rigorosa satisfactio exigeretur pro peccato levi, & gravi, quod non congruit justitiæ sed contritio formalis, vel virtuales necessario extra Sacramentum ad deletionem peccati mortalis exigitur, ut constat ex dictis quæst. præc. quod talis satisfactio non necessaria dicitur, qualis est attritio. Confirmatur, quia attritio quoque est verus actus pœnitentiæ, & habet oppositionem cum peccato veniali, quia est odium, nolitio, & destructio ipsius; ergo potest illud delere, consequentia patet, quia melius destrui nequit actus volitionis præteritis, quam per nolitionem, & retractationem eisdem, qualis in proposito est attritio respectu venialis peccati. Responsiones autem, & objectiones Adversariorum vide reiectas, & solutas quæst. 3. art. 1. & præsertim illam, quam adeo exaggerant, quòd si sola attritio sufficeret sine Sacramento, nunquam venialia verè remitterentur in Sacramento, quia jam semper inveniretur remissio facta per attritionem.

83 Secundo dicendum est, iustum posse quoque venialia delere per actus aliarum virtutum, qui æque placent Deo, ac veniale displicuit, si ab ipso operante ad talem finem referantur, scilicet, deletionis peccati, vel saltem à Deo ad talem finem acceptentur. Hæc assertio verbatim est Scoti loc. cit. c. omnium Scotistarum, & tenet Suarez disp. 11. sect. 3. quampluribus probat Brancatus noster disp. 15. a. 11. & quidem cum Trident. sess. 14. c. 5. dicat multis remediis posse deleri venialia ultra formalem pœnitentiam, quæ sit contritio, vel attritio, uti quæ sub illis remediis opera quoque aliarum virtutum implicitè includit, ut potè in existimatione æquivalentia venialibus offensis; nulla enim est ratio cur magis displiceat debet levis offensæ, qualis est veniale, quam placere actus fidei, charitatis, misericorditæ, temperantiæ, &c. factos ab homine iusto. Confirmatur exemplo ex humanis deducto, nam si Princeps sit leviter offensus à Subdito, & hic opus heroicum fiat ad ei placendum, & talem offensam tollendam; statim Princeps talis operis intuitu placatur, & offensam dimittit, siquidem ei magis placet tale opus heroicum, quam levis illa offensa displicerit; ergo idem de Deo dicendum, qui in benignitate, misericordia, & liberalitate superari non potest, quis enim dicat Deum non acceptare teumiam, peregrinationes, opera pietatis, & similia pro deletionem venialium, aut non magis, vel saltem æque placere Deo hæc opera facta à iusto pro delendis venialibus, ac displicant ei venialia eo præsertim quia venialia sunt leves offensiones, & interdum parum spontaneas, & præfati virtutum actus aliquo modo à priori defectu voluntatem averunt, & alioquin in actu vel in gratia accipiunt, quæ supponitur in homine iusto, atque adeo sunt Deo magis grati, quam veniale displicerit, quæ satis erant ad remissionem. Deumque inducunt in genere causæ formalis ad illam exhibendam, & quod ea opera sic accepta, etiam si non crederet, ac rationabile, quia per illa tantus honor exhibetur Deo, immo maior, quam subtractus sibi fuerit per veniale, & talibus operibus sæpe in Scriptura talis acceptio promittitur, & remissio ut dimitendo aliis iniuriam dimittere, &

dimittere vobis, dimitte nobis debita nostra, &c. ut August. notat Epist. 108. Denique quodlibet opus bonum ex gratia procedens est meritorium augmenti gratiæ, & gloriæ; ergo & remissionis culpæ venialis, patet consequentia, quia hæc remissio est quid minus, quam vita æterna, qui autem potest in majus, potest etiam in minus. Objectiones autem Adversariorum vide solutas art. 1. cit. n. 252.

84 Tertio dicimus etiam loc. cit. n. 253. pœnitentiam valere ad remissionem venialium, non per modum formæ physice, & causæ formalis, sed solum per modum causæ moralis, & in homine iusto valere per modum condignæ satisfactionis, seu meriti de condigno. Et quidem pœnitentia tollere venialia, non per modum formæ physice, & causæ formalis, sed moralis tantum; probatur, quia venialia compatiuntur, cum iustitia, seu gratia habituali, quæ hominem iustificat; ergo à fortiori cum contritione, aut alia quacumque forma, quæ ad iustitiam solum aliquo modo, tantò magis compossibile est cum dispositione ad eam. Quod verò in homine iusto valeat pœnitentia per modum condignæ satisfactionis, seu meriti de condigno, quæ erat altera pars asserti, facile probatur, quia si consideretur actus pœnitentiæ de venialibus elicitus ab homine iusto, sicut hic actus est meritorium de condigno gloriæ, ita potest de condigno valere ad remissionem peccati venialis, & sicet homo iustus potest de condigno satisfacere pro peccata temporalia relicta ex culpa remissa, sive mortali, sive veniali, ut Trident. docet loc. cit. ita etiam satisfacere poterit pro ipsa culpa veniali. Et ratio est, quia homo iustus, cum sit vere dignus gloriâ, potest etiam de condigno removere impedimenta ab ingressu gloriæ retardantia; huiusmodi autem est peccata temporalia solvenda, & sic etiam culpa venialis expianda. Diximus autem hoc totum procedere de homine iusto, quia alioquin de peccatore loquendo remissio peccati venialis datur omnino gratis, id est, sine merito, vel satisfactione condigna, quia nec ordine naturæ, nec tempore supponit personam gratam, sed simul omnino cum ipsa gratia confertur, & ideo hic gratis datur, ita hæc remissio, quia ante gratiam sanctificantem nulla ratio iustitiæ, nec meritum, aut satisfactio de condigno in nobis esse potest. Objectiones autem Adversariorum rursus vide solutas artic. citato numer. 255. & sequent.

85 Quarto conveniunt ulterius communiter Patres, & Doctores per Sacramenta quoque venialia remitti, ut diximus q. 9. cit. art. 2. quorum commune fundamentum est, quia omnia Sacramenta, ut instrumenta passionis Christi ad sanctificandas animas sunt instituta, easque perfectè dispensandas ad gloriæ consecutionem, & consequenter ad tollenda omnia impedimenta, quæ aliquo modo possunt à gloriæ consecutione impedire; cum igitur venialia nos à consecutione gloriæ retardent, debent per Sacramenta rite suscepta remitti. Et quidem venialia remittunt non solum excitando fervorem charitatis, quæ formaliter illa expellant; ut aliqui dixerunt, sed etiam, sive ex opere operato illa remittunt postea sufficienti subiecti dispositione, nam si ratione tantum fervoris in eorum susceptione excitari remitterentur, iam non ex merito, & opere operato Christi, sed ex merito, & opere suscipientis remitterentur, non autem ex vi Sacramenti. Tum etiam quia non semper Sacramenta etiam dignè suscepta talem fervorem excitant; & ita in tali casu verum non esset Sacramentum remittere venialia etiam in non ponentibus obiectum statendum ergo est semper ex se esse illa remittere postea sufficiente dispositione subiecti ad tollendum obiectum pro digna Sacramenti susceptione. Quæstio tamen est, quam dispositionem Sacramenta in suscipiente requirant ad tollendum obiectum, ut ea remittere possint. Communiter requirunt ad minus attritionem de peccato veniali commisso, quia attritio necessario requiritur in suscipiente Sacramentum, tamquam dispositio ad tollendum obiectum, & absolutionem obtinendam. Verùm licet attritio necessario prærequiratur ad consequendam absolutionem mortali, ut supra dictum est, ac etiam venialium, quando sunt cum mortali coniuncta, tamen quando sunt separata, ut accidit in iustis, talis dispositio non est necessaria ad tollendum obiectum, ut Sacramentum eorum absolutionem influere possit; sed sufficere potest etiam aliqua minor dispositio, nempe actualis non complacentia de talibus peccatis, & voluntas recipiendi effectum remedi, quod alimur, hæc enim censetur virtualis quædam peccati detestatio, dum homo vult eius medicinam assumere, quod etiam concedunt Soto, Suarez, & alii plures.

86 Quinto de Sacramentalibus difficultas est, an ipsa quoque remissionem venialium ex opere operato conferant, an potius ex opere operantis tantum. Quidam dixerunt hæc Sacramentalia vim aliam non habere remittendi venialia, nisi excitando in nobis motum contritionis, aut dilectionis, per quem

immediate venialia tolluntur, ita plures apud Henricum lib. 2. de Sacramentis cap. 20. Alii verò dicunt hæc Sacramentalia per modum impetrationis venialia dimittere propter fidem, & orationes Ecclesiæ, quæ in benedictione aquæ, salis, &c. solet orationes adhibere, quibus petit, ut huiusmodi res benedictæ ad salutem mentis conferant, & corporis, ut constat ex Missali Romano Alii tandem contendunt hæc Sacramentalia ex institutione Ecclesiæ habere vim remittendi venialia, non tantum ratione impetrationis, aut quia excitat motum contritionis, & pœnitentiæ, sed etiam ex opere operato, ut refert & tenet Valeria quæst. 4. de Pœnitentiâ; ratio est, quia Sacramentalia semper remittunt peccatum veniale, & tamen non semper in nobis excitant motum pœnitentiæ; ergo veniale non remittunt solum excitando pœnitentiam, sed ex opere operato.

87 Nos tamen diximus art. 2. cit. num. 260. Sacramentalia ab initio quæstionis enumerata, quæ hoc nomine appellantur, quia sunt ceremoniæ quædam ab Ecclesiâ institutæ ad ornatum, solemneque ritum Sacramentorum, non remittere venialia ex se, & ex natura, & ex opere operato, aut ex vi suæ institutionis, sed solum quatenus excitant motum pœnitentiæ venialium, aut eam à Deo impetrant. Ita recentiores communiter, & indicavit Doctor dist. 21. cit. quæst. 1. ab initio quæstionis argumenta proponendo, dum ait per pœnam minimam posse remitti veniale, dum tamen sit voluntaria, ut aspersio aquæ benedictæ, & huiusmodi, ubi rationi voluntariæ, & actui interiori, & tandem operi operantis, seu pœnæ voluntariæ, quam amplectimur, tribuit venialium remissionem, & non ipsi aspersioni, ut signo efficaci, & operi operato, & sic etiam loquuntur Faber, Hiribarnes, Brancatus, Hiquicus, & alii Scotistæ. Ratio, quæ omnes utuntur est, quia si huiusmodi Sacramentalia ex opere operato venialia remitterent, veli esset ex institutione Christi, vel Ecclesiæ, non primum, quia de hac institutione nullibi constat; neque secundum, quia Ecclesiâ auctoritatem non habet instituti certæ, & infallibilis remedia, seu signa ad remittenda venialia, ergo propriè loquendo Sacramentalia huiusmodi non debent venialia remittere ex opere operato, si nimirum ex opere operato dicatur illud, quod de condigno, & infallibiliter ex meritis alterius datur, vel operatur, Dixi propriè loquendo, quia si illud dicatur ex opere operato, quod confertur non solum intuitu operantis, sed alterius etiam, sic dici possunt ex opere operato causare, qui habent efficaciam quatenus, sanctitas Ecclesiæ ipsi applicat medicamentis orationibus, quibus hunc effectum ipsis impetrat à Christo Sponsio. Ratio est, quia alioquin Ecclesiâ frustra illas orationes adhiberet benedicens, & consecrando aquam lustralem, & similia, si non possent habere suum effectum, saltem per modum impetrationis, quod etiam non ita intelligendum est, quia si Ecclesiâ orationibus suis impetret nobis immediate remissionem venialium, quando utimur Sacramentalibus, sed quia impetrat nobis contritionem, & pœnitentiæ motum, per quem venialia tolluntur, quæ ratione tandem Sacramentalia non dicuntur remittere venialia iusti ex opere operato, licet intercedat Ecclesiæ impetratio, sed ex opere operantis, quia Ecclesiâ suis orationibus non impetrat nobis immediate remissionem, sed impetrat contritionem, per quam venialia tolluntur, tum etiam quia hic effectus non est omnino infallibilis, quia non est fundatus in aliqua speciali promissione Dei.

88 Ex quo patet prædicta Sacramentalia non delere venialia ex co præcisè, quod excitent motum aliquem pœnitentiæ, per quem immediate venialia tolluntur, ut prima opinio dicebat, & quia sic dicendo nihil Sacramentalibus illis concederetur, tàm etiam, quia librorum lectio, verba concionantis, & amicum correctiones hos motus excitare solent, neque ob id librorum lectio, concio, correctio, & similia dicuntur venialia delere. Neque dicuntur venialia delere per modum impetrationis præcisè propter fidem, & orationes Ecclesiæ, quæ in benedictione aquæ lustralis, & similia adhibentur, ut secunda opinio dicebat, quia Ecclesiâ suis orationibus, ut dictum est, nobis non impetrat immediate venialium remissionem, quando Sacramentalibus utimur, sed quia nobis impetrat pœnitentiæ motum, per quem peccata tolluntur, alioquin possent Sacramentalia dormienti, & fatuo applicari, & sic venialia deleri. Ergo Sacramentalia (cum fortiantur effectum utrumque requirunt, & unum sine alio non sufficit, requirunt, inquam, motus virtutis interioris pœnitentiæ Sacramentalia sufficientis, supplicata Ecclesiæ impetrationis, per quod patet ad fundamentum illius tertie sententiæ, negatur enim Sacramentalia posse venialia delere peccata, etiam quando in nobis nullum excitant pœnitentiæ motum. Neque opus est talem virtutis motum à Sacramentalibus excitatum esse semper contritionem, vel attritionem formalem, ut passim Recentiores loquuntur, alioquin minus

de eisdem peccatis, quæ iterata confessione subiciuntur clavi-
bus. Primum affirmant aliqui apud Dian. tr. 4. de Sacram. reso-
lut. 176. ac etiam Faber postea loc. cit. ubi inquit, quod cum quis
semel confessus est peccatum, & manet in eadem dispositione,
ut attritionis, vel contritionis, est sufficienter dispositus ad se-
cundam absolutionem absque nova dispositione, vel dolore, si-
cut fuit ad suscipiendam primam absolutionem, atque ideo
concludit hanc novam dispositionem non esse necessarium. Ca-
serum, ut diximus q. 12. cit. n. 344. longe probabilior est opinio
opposita asserens non sufficere ad novum Sacramentum con-
stituendum novam tantum addere confessionem eorundem pec-
ccatorum jam confessorum, sed requiri præterea novum dolorem
de eisdem peccatis, quæ iterata confessione subiciuntur clavi-
bus. Ita Navarrus, Suarez, Vasquez, Coninch, Amicus, Avera-
ra, & alii, quos citat, & sequitur Bon. disp. q. 3. punct. 1. in fi-
ne, ubi ait eadem peccata posse inferre pro materia remota
plurium Sacramentorum Pœnitentiæ, modo adit distincta ma-
teria proxima, hoc est, distinctus dolor, & distincta confessio.
Ratio est, quia ad novum Sacramentum constituendum requi-
ritur nova saltem materia proxima a priori distincta, sed eadem
peccata nova tantum confessione subiecta clavis sine novo
dolore non est nova materia sufficiens ad novum Sacramentum
constituendum; maior patet ex supra dictis; minor probatur,
quia quando confessio dicitur materia proxima, & pars essentialis
integrans Sacramentum pœnitentiæ, non intelligitur de
confessione nuda, & absolute sumpta, sed dolore informatam,
quæ fit cum peccatorum detestatione, ut constat ex superius di-
ctis, nec respondere juxta cum Fabro loc. cit. sufficere ad hoc,
ut novo tantum actu prior dolor applicetur super eadem pecca-
ta de novo confessi, sic enim intelligitur secunda confessio pri-
ori dolore informatam. Fallum enim est id sufficere, nam omni-
no requiritur, ut novus elicitus dolor actus a priori distin-
ctus, ratio est, quia novus ille tantum actus voluntatis prioris
doloris applicativus super eadem peccata de novo confessi non
præbet materiam novam proximam, quam diximus requiri ad
novum Sacramentum constituendum; nam talis novus actus
est tantum applicativus prioris doloris, non autem intrin-
secus Sacramentum constituens; ergo non potest præbere no-
vam materiam proximam novi Sacramenti constitutivam cum
nova absolutione Sacramentali.

117 Denique conclusimus quæ. cit. n. 345. iteratam Confes-
sionem Sacramentalem eorundem peccatorum jam remissam
novo dolore informatam non tantum esse validum Sacra-
mentum, sed etiam fructuosum, & salubre. Ita Scotus loc. cit.
ubi concedit valide, & licite idem peccatum jam dimissum
iterum subici clavis, ac etiam fructuosum, & aperte deducit
ex Extravag. iam citata Benedicti XI. ubi ait, *Ut eorundem
peccatorum iterum confessio, repetamus salubre*, & solide
probat eum Amico loc. cit. quia non solum licite, sed etiam cum
fructu repetimus super eadem peccata semel contrita novam,
& novam contritionem extra Sacramentum; ergo etiam licite, &
cum fructu possumus super eadem peccata semel confessi no-
vam, & novam Sacramentalem iterare confessionem. Confe-
sionem probatur, quia Sacramentum Confessionis in lege
Evangelica succedit præcepto contritionis, illudque facili-
tat, & adiuvat, ut quod non potest imperfecta contritio extra Sa-
cramentum assequi, assequatur cum Sacramento; ergo sicut
nondum institutio Confessionis Sacramento, poterant peccato-
res contritionis actus super eadem peccata cum fructu iterare,
& replicare; ita institutio Confessionis Sacramento, non tan-
tum valide, & licite, sed etiam cum fructu possumus super pec-
cata illa iterare modo iam explicatam, alioquin in Evangelica
lege minus efficax, & fructuosum esset Sacramentum quam
fuerit in veteri contritionis præcepto.

Confirmatur, quia potest peccatum contritione remissum
cum Sacramentali absolutione verum constituere Sacramen-
tum, non modo validum quoad essentiam, sed etiam efficax
& fructuosum quoad effectum; ergo pariter poterit peccatum
priori confessione, & absolutione remissum cum iterata confes-
sione, & absolutione validum constituere Sacramentum, & non
modo validum quoad essentiam, sed etiam efficax, & fructuo-
sum quoad effectum; assumptum conceditur communiter ab
omnibus; consequentia probatur: tum quia non minus contri-
tus, quam secundo confitens accedit cum peccatis iam deletis,
& remissis, ac proinde sine materia absolvenda; tum quia non
minus in uno, quam in alio verba forme verificari debent; igitur
si hoc non obstat in uno, neque obstat in alio.

116 Respondet Faber disp. 27. cit. cap. 2. in fine non esse pa-
rem rationem de eo, cui dimissum est peccatum per contritio-
nem, antequam obtineret absolutionem Sacramentalem, & de eo,
cui dimissum est peccatum per absolutionem Sacramen-
talem, quia in primo casu nondum obtinuit totum beneficium,

quod per Sacramentum sibi obvenire poterat, ideo per absolu-
tionem Sacramentalem obtinet totum illud, quod iuxta sibi ob-
venit; at in secundo casu pœnitens obtinuit tantum beneficium,
quod sibi obvenit in illa dispositione obveniente ex ius-
titia, ideo statim eadem dispositione per vim clavium nihil am-
plius sibi debetur, ideo per secundam sententiam, & absolutionem
nihil novi benefici accipere potest. Sed hæc solutio, ut diximus
ibidem nu. 346. procedit ex ea suppositione, quod in itera-
tione Confessionis eadem sit dispositio ex parte pœnitentis, hæc
nullus novus dolor elicitus de peccatis jam commissis, & remis-
sis; qua data suppositio non solum utique conceditur secundam
absolutionem non solum futuram inefficacem, & infructuosam
quoad effectum, scilicet, gratiæ augmentum, sed etiam invalidam
quoad essentiam Sacramenti, quia ut supra dictum est, ut
secunda absolutio sit verum Sacramentum, non solum requiritur
nova confessio eorundem peccatorum, sed etiam novus dolor
de eisdem peccatis, quo dato casu etiam Faber ipse concedit
secundam absolutionem non solum futuram validam quoad es-
sentiam, sed etiam fructuosam quoad effectum, scilicet, gratiæ
augmentum. Ex his itaque constat, quomodo de mente Docto-
ris sustineri potest iteratam Confessionem eorundem peccato-
rum novo dolore informatam non solum esse validam, sed
etiam fructuosam, non tantum quoad primum effectum, ni-
mirum gratiæ augmentum, sed etiam quoad secundum, scilicet,
dimissionem pœnitentiæ temporalis, quæ solvenda remaneret post
primam Confessionem, ut l. c. declaramus.

ARTICULUS TERTIUS.

Quæ sit forma Sacramenti Pœnitentiæ.

117 Conveniunt Doctores, & est communis Catholicorum
sensus in Ecclesia Dei equare potestremo absolventis
peccatis tam quod culpam, quam quoad pœnam, ut expres-
sum est in Conc. Trid. sess. c. 14. ubi docetur per Sacramentum
pœnitentiæ, vel per eius votum pœnam æternam a cum cul-
pa remitti. Certum item est ad formam huius Sacramenti ne-
cessario aliqua verba requiri iuxta definitionem Concilii Florenti-
ni in decreto Eugenii generatim statuentis Sacramenta nove
legis verbis constare, tanquam forma, quod postea loquens spe-
cialiter de hoc Sacramento inquit, eius formam esse verba abso-
lutionis: quæ Sacrosd. profert, cum dicit *Ego te absolvo*, & c. quo
etiam modo loquitur Trid. sess. 14. c. 3. ubi inquit *formam huius
Sacramenti sitam esse illis Ministris verbis*, & c. quod etiam ante-
ea docuit Scotus 4. d. 14. q. 4. A. & d. 1. E. ubi ait pœnitentiæ
Sacramentum constare forma, quæ aliud non est, quam absolutio
facta certis, seu determinatis verbis significantibus absolutio-
nem animæ a peccato. Verum quia circa hoc plures insurgunt
difficultates, opus est eas breviter explicare iuxta dict. q. 12. e. 2.

118 Primo itaque dubitatur, an ad formam huius Sacra-
menti requiratur essentialiter verba propria dicta, seu abso-
lutio Sacramentalis necessario certis verbis sit proferranda. Non
desuerunt dicentes ad valorem huius Sacramenti opus non esse,
ut absolutio verbis proferratur, & vocaliter, sed sufficere alio-
modo, scilicet, scripto, vel nutu indicari; quorum fundamentum
est, quia Sacramentum hoc institutum est per modum ius-
dicis; ergo id quod sufficit in rigore ad valorem sententiæ in ius-
dicis; sufficit etiam in hoc; sed sententia iudicialis potest, &
solet a Iudice etiam scripto proferrari, ergo sic etiam pariter Sa-
cramentalis absolutio sufficit a pari eo quia Sacramentum Matrimo-
nii sequitur naturam humani contractus; ideo potest etiam
scripto, aut nutu, & per Procuratorem perfecti quamvis alioquin
in aliis Sacramentis omnino debeat formam voce proferrari. Ita
Paludanus, Adrianus, Medina, Soto, Navarrus, & alii apud Su-
rez disp. 49. sect. 1. Vera tamen, & communis sententia docet,
ut diximus l. c. n. 352. in hoc Sacramento absolutionis formam pro-
ferri debere certis verbis forme formati, & pronuntiati, & hoc
non solum ex obligatione præcepti, sed etiam ex necessitate ra-
tionis. Ita præsertim Scotus nosse l. c. & clare deducit disp. 13. sect. 3.
in cit. universaliter docent omnia nova legis Sacramenta perfecti
verbis tanquam forma; & quamvis postea loquens de Matrimo-
nio dicat, regulariter per se verbis, indicans posse interdum sine
illis fieri, hæc ipsa exceptio, ut Lugus advertit disp. 13. sect. 3.
firmam regulam in contrarium, cum de aliis Sacramentis nihil tale
dicatur. Imò idem Concilium de hoc Sacramento pœnitentiæ
specialiter loquens expressè ait, quod *forma huius Sacramenti
sunt verba absolutionis, quæ Sacrosd. profert, cum dicit*, & c. ubi
per verba & profert necessitate verborum expresse indicant in
hac forma. Specialiter etiam de hoc Sacramento Trid. sess. 14. c.
3. dixit ejus formam in Ministris verbis consistere Ratio autem
potissima sumenda ex institutione Christi, quam tradidit, &
consecravit Ecclesie perpetua manifestavit; omnino ergo nec
esse

esse est, ut Sacrosd. voce sua explicata, profert verbum pro-
prium huius Sacramenti absolutionis expressivum, & com-
mune habet regulam Pœnitentiæ cum aliis Sacramentis parti-
cipat ex eodem Ecclesie, usu, & communi Theologorum intelli-
gentia, & solum exceptio fit iuxta mentem Ecclesie de Sacra-
mento Matrimonii, ut patet ex Flor. cit. quod solum de Matri-
monio habet generale Sacramentorum regulam limitavit.

119 Ad fundamentum oppositæ sententiæ jam loc. cit. n. 354.
negavimus iudicium Sacramentale quoad omnia, iudicio publi-
co subordinari debere, quamvis enim absolutio sit sententia
quoad iudicialis, non ob id debet in omnibus normam huma-
ni iudicii imitari; in illo enim nequit idem finem esse testis, &
reus in hoc autem nisi idem; & reus, Sacramentum
non est validum; illud potest esse coactum, hoc non nisi volun-
tarium; in hoc licet reum consententem absolvit, non damnat,
in illo e contra; sicut ergo in his conditionibus iudicium Sacra-
mentale non sequitur naturam iudicii publici, ita neque in il-
lis de quibus argumentum urget non illud fieri potest verbo,
aut scripto; immò regulariter scripto perficitur, non voce, hoc
vero non nisi verbo, & voce, & ratio a priori est, quia iudicium
publicum ad externum Reipublicæ bonum ordinatur, ad quod
sufficit externa delicti emendatio, aut iudicium Sacramentale
ordinatur ad internam animi salutem, que liberam pollutat re-
tractationem, & Confessionem peccatorum. Nec valet instan-
tia de Matrimonio, quod sine verbis contrahi potest per sola si-
gna æquivalentia consensum mutuam exprimentia; nam Matrimo-
nium in aliis etiam pluribus conditionibus Sacramento-
rum aliquorum insititum non servat, ut suo loco visum est, cu-
jus disparitatis variæ congruentiæ assignari solent, sed pro ade-
quata ratione differunt ad formam Christi voluntatem, & insti-
tutionem recurrendum est, ut diximus loc. cit.

120 Secundo dubitatur, quænam sit essentialia verba in con-
fecta forma Sacramenti pœnitentiæ. Circa quod plures sunt
dicendi modi, quorum præcipuus docet omnia, & sola illa verba
Absolvo te a peccatis, ad essentialiam formam huius Sacramenti
pertinere. Fundamentum est quoniam illa indicant Florent.
& Trid. tam post illa verba *Ego te absolvo*, addunt *et cetera*.
Deinde quia verba hæc *absolvo te*, sine aliis sunt ex indifferen-
tia ad significandam absolutionem a censura, vel absolutionem a
peccatis; ut igitur determinet hæc significant, determinan-
da sunt per particulam *a peccatis*. Vera tamen, & communis
sententia, ut diximus loc. cit. num. 355. docet sola illa duo verba
absolvo te essentialiter formam huius Sacramenti constituere,
& ad eius valorem sufficere, ac necessariam esse; & ita præsertim
docuit Scot. dist. 4. cit. quæ. *Ex hoc patet*, ubi dicit, quod com-
muniter illa verba sunt apta *Ego te absolvo*, quæcumque alia
premittantur, vel consequantur secundum diversam consuetudi-
nem in diversis Ecclesiis. Nec apponit particulam *Ego* tanquam
necessarium, quia præter verbum *absolvo* non est necessarium
ad valorem Sacramenti pronomen *Ego*, cum per se includatur
in ipso verbo ut patet. Nec etiam necesse est addere a peccatis,
nemo enim est, qui audiat Sacrosd. omnia illa verba profertente
super peccatore significare illis verbis, qui eo ipso non in-
telligit Sacrosd. significare illis verbis, quod absolvat pœ-
nitentiam a peccatis, quæ confessus est. Ratio est, quoniam ex
tantum verba essentialiter formam huius Sacramenti consti-
tuunt, quæ ad iudicium circumstantiis expriment principalem
effectum Sacramenti, talia autem sunt illa duo verba *absolvo te*
in forma Sacramenti pœnitentiæ; ergo hæc tantum
sunt de essentiali forma. Major patet, quia illa tantum vera suffi-
ciunt, quæ sufficienter ex natura sua significant peccatorem ab-
solvit a peccatis per Sacrosd. Minor vero probatur, quia
verba illa *absolvo te* licet indifferenter sint ad significandam ab-
solutionem tam a censura, quam a peccatis, prolatam tamen su-
per pœnitentem, qui sua peccata confessus est Sacrosd., deter-
minat ad significandam absolutionem a peccatis, qui est prin-
cipalis huius Sacramenti effectus. Ad fundamentum prioris sen-
tentie negatæ consequentia, alioquin sequeretur etiam, quod
addi deberet in nomine *Patris*, & c. quod etiam auctores illius
sententiæ negant, non enim magis particula *et cetera* referri
illa illa addunt particulam, & cetera, non itaque indicare vo-
luerint, alia etiam verba sequentia ad essentialiam formam huius
Sacramenti spectare, ac esse essentialia, sed solum integralia,
quæ ex consuetudine, & præcepto Ecclesie adduntur essentiali-
bus, vel ut indicarent se non definire, an alia verba essentialiter
requirantur, sed, hoc relinquere Theologis disputandum.
Ad Confirmationem patet ex dictis quomodo verba illis *absolvo te*
super pœnitentem prolata qui Sacrosd. peccata sua confessus
est, determinatur ex tali circumstantia ad significandam abso-
lutionem a peccatis.

121 Tertio dubitatur, an hoc ipsum verbum *absolvendi* sit

simpliciter necessarium ad substantiam huius Sacramenti, &
valorem forme; an potius ad valorem eius etiam aliquid aliud
verbum æquivalentis sufficere possit. Et quidem communis et-
iam est opinio posse validè dari per verba æquivalentia, ut dixi-
mus l. c. n. 357. ac præsertim sufficere verbum remittendi dicens
Remitto tibi peccata tua, quia Christus Dominus sub hoc ip-
so verbo dixit. *Quorum remisistis peccata*, remittentur eis si-
mi liter verbum dimittendi, condonandi, indulgendi, parcendi,
liberandi, quæ etiam habent vim sententiæ iudicialis. Ita Avera-
ra q. 12. sect. 2. cum aliis Recentioribus, quod etiam antea do-
cuerat Scot. dist. 14. cit. q. 4. lit. C. ubi inquit, ex hoc patet ra-
tio, quare non est necesse in isto Sacramento esse illa præcisa ver-
ba, scilicet, *Ego te absolvo*, sicut in Baptismo, vel Eucharia, quia
sufficit, quod exprimat actus sententiæ absolutionis, sicut in
iudicio publico non oportet esse limitata verba; talis autem
iudicialis actus sufficienter exprimitur per alata verba synonyma
æquivalentia, nam verba requisita ad quodlibet Sacramentum
ea debent esse, quæ significant illam actionem, quam signifi-
cant verba Christi, & illum effectum, quem causant ex opere
operato; sed verba synonyma cum illis *absolvo te* habere totum
hoc; ergo & c. Idem etiam dicendum de pronominem *Te*, sufficere,
enim ad valorem Sacramenti idem exprimeret aliquo modo
æquivalenti, ut pote in tertia persona, vel sub nomine proprio
pœnitentis *Absolvo hunc hominem*, *absolvo*, *Pœnitentem* ut notat
etiam Avera l. c. aut si honoris gratia Sacrosd. diceret *Absolvo
Dominionem tuam*, *Ecclesiam tuam*, & sic sub aliis titulis
confectis, vel indicando personam in particulis sequentibus,
ut *absolvo a peccatis tuis*, vel *remitto peccata tua*, quamvis enim
esset imperfectus loquendi modus, quia dicitur tamen, *absolvo te*
a peccatis tuis, remitto tibi peccata tua debent adhuc ha-
beret sensum integrum, ac determinatum, quantum sufficeret
culpabile tamen esset in hac re immutare ritum Ecclesie. Ex
qua doctrina, quæ est communis in omni schola concluditur,
quod quibuscumque verbis proferratur forma absolutionis, suffi-
ciens est ad valorem Sacramenti, quoties per illa verba sufficien-
ter significatur actus iudicis profertentis sententiam decisivam
absolutionis peccatorum.

122 Quartò dubitatur, an forma Sacramenti pœnitentiæ sit
valida, si proferatur deprecatorie, num potius antequam debeat
indicativo modo ad hoc, ut sit valida. Quiddam antiquiores di-
xerunt non rectè dari absolutionem sub forma, & modo indica-
tivo *Absolvo te*, sed potius dari debere per modum deprecativi-
vum, seu per modum orationis, v. g. dicendo *absolvi te Deus*,
sicut nempe in Sacramento extreme Unctionis forma preter-
itur per modum deprecationis: *Inhalget tibi Dominus*, & c. quia
ille modus loquendi sub verbo indicativo denotat veluti aucto-
ritatem causæ principalis peccata remittentis, sed sub modo de-
precativo denotaret ministerium causæ instrumentalis, certe
autem Sacrosd. non est auctor principalis peccata remittens,
est tantum Minister, ac veluti instrumentum, cui modo dicendi
aliqui etiam Patres favere videntur, & decreta Juris, dum abso-
lutionem a Sacrosd. datam vocant orationem, & supplicationem.
Vera tamen, & communis sententia, ut diximus q. 12. cit.
ar. 3. n. 359. docet formam absolutionis modo deprecativo prola-
tam non sufficere ad valorem, & essentialiam huius Sacramenti,
ut fit dicatur *Absolvo te Deus*. Ita colligitur ex Scoto loc. cit. &
ratio est, quia non remanet idem sensus in verbo deprecativo
absolvo te, & in verbo indicativo *absolvo*, nam per verbum *absolvo*
ostenditur id quod fit, per verbum vero deprecativo ostenditur
affectus, & desiderium illius, quod fieri oportet.

Confirmatur, quia hoc Sacramentum illicitum est per mo-
dum iudicii ex Trident. sess. 14. cap. 2. & sententia autem Judi-
cis decisiva tradi nequit modo deprecativo, sed profertur modo
indicativo, & non esse sententiam, si modo tantum optativo proferatur.
Denum id colligitur ex ipsis Christi verbis, non enim
dixit, *Peccata illorum pro quibus oraveritis, remittentur eis*, sed
simpliciter, & absolute dixit: *Quorum remisistis peccata remit-
tantur eis*, unde si quis pœnitentem absolvetur dicens: *Absolvo te
Deus*, nihil efficeret. Ex quo solvitur fundamentum in opposi-
tum; diversa namque est ratio de Sacramento extreme Un-
ctionis, & pœnitentiæ, hoc enim institutum fuit per modum iudicii,
non autem orationis, vel deprecationis, quare meritò Sa-
crosd. iuxta eandem normam a Christo traditam dicit modo
indicativo *Absolvo te*; ac forma extreme Unctionis influita
est per modum subsidii, & orationis, ut deducit ex Epist. Jacobi
c. 5. Infirmatur quis in vobis; inquit, inducat Presbyteros Eccle-
siae, & orent super eum ungentes cum oleo in nomine Domini,
& c. Nec ille modus indicativus in Sacramento pœnitentiæ per se
denotat auctoritatem causæ principalis, sed potius communis
est & indifferens etiam ad Ministerium, nam Juxta etiam non
supremus, sed Minister, aut delegatus Principis dicit quoque
in causis decidendis; ego iudico, absolvo, condemo, quare
etiam

luenda pro peccatis in hac vita remissis, five venialibus, five mortalibus, sed etiam quoad reatum culpæ pro venialibus hic non dimissis; nam hominem ibi saluum fieri per purgationem ignis præcipue significat liberationem ejus a culpa, & non tantum a pœna, Et quando dicimus deletionem venialium fieri per solutionem pœne illis debita, non ita intelligendum est quasi per talem solutionem ex se ipso veniale destruitur, sicut ex solutione pecuniæ alicui debita destruitur debitum abique beneficio, & gratia creditoris dimittentis; sed ita intelligendum est ut soluta pœna venialis debita, intuitu illius solutionis per satisfactionem Deus culpam dimittat, hoc enim totum pendet ex ordinatione divina, ut Suarez etiam concedit tract. 7. disp. 7. sect. 3. nam Deus cum sit iustus, accomodat pœnam dignitati culpæ. Unde facta quacumque solutione pœnæ, adhuc fatendum est Deum remittere culpam, licet ejus intuitu, ita quod non a semetipsa cessat culpa, neque per remissionem factam ab ipso solvenda pœnam, sed ipse Deus remittit ejus intuitu, iniquitates enim nostras ipse delet, unde dicebat per Iſaiam 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas, & alibi: Qui est qui peccata delet, nisi solus Deus? Laque duo ultimi modi pro remissione venialium assignatur a Scoto loc. cit. tamquam aliorum probabiliores, & quidem hic ultimus etiam a D. Greg. assignatur 4. Dialog. cap. 39. ubi dicit: De quibusdam levibus culpis esse ante iudicium purgatorius ignis credendus est. Alter vero de remissione eorumdem per merita præcedentia, confirmatur ex Glossa D. Greg. allata ab Aleſse qu. 25. memb. 3. art. 3. Super dictum Matth. 12. dicente: Quadam enim culpa in hoc seculo relaxantur, quadam vero parva in futuro, quia quidem post mortem gravant, sed dimittuntur, sibi bonis actibus in vita, ut ibi dimittantur, promeruit, quæ auctoritas elatior esse non potest pro secundo dicendi modo venialia dimittendi in purgatorio.

97 Quinto tandem est difficultas, an veniale etiam in Inferno dimitti possit non tantum quoad pœnam, sed etiam quoad culpam. Aſſerunt Fab. Hiribarnes, & alii Scotistæ, quorum fundamentum est, quia juxta hoc principium de remissione venialis in Purgatorio, quoad culpam per solam satisfactionem, videtur defendi posse veniale etiam in Inferno remitti non tantum quoad pœnam, sed etiam quoad culpam. Nos tamen diximus q. 9. cit. a. 4. in fine longe probabilius esse posse veniale in Inferno dimitti tantum quoad pœnam, quæ temporalis est, non vero quoad culpam, & ratio discriminis inter damnatos, & purgantes est, quia satisfactio damnatorum omnino involuntaria est, atque coacta, atque ideo licet possit esse sufficiens ad pœnam tollendam, cum enim in tali satisfactioe fervetur æqualitas iustitiæ pro puniendi peccato, acceptanda videtur, tamquam solutio sufficiens ad pœnam tollendam, non tamen culpam, quia ad hoc ulterius requiritur, ut pœna sit sufficiens tolerata, & sine numeratione per profecto declaratum est dist. 6. c. de peccatis q. 8. quomodo autem durante culpa in damnatis peccati venialis possit cessare pœna, & ordo ad eam declaratum est ibidem præsertim nu. 235. ut supra dictum est. Ita que concludendum est animabus in Purgatorio existentibus venialia admitti, tum quoad culpam, tum quoad pœnam, non per bonum actum voluntarium, quem habeant, ut asserbat primus dicendi modus jam relictus, sed vel ob solutionem pœnæ temporalis debita, ut asserbat tertius dicendi modus, vel intuitu meritorum in vita præcedentium, ut asserbat secundus; si enim ante mortem fuit obex, ob quem deleri non poterunt illorum intuitu, cessante obice per leparationem animæ poterunt illa merita talem sortiri effectum, ut uterque dicendi modus a Scoto approbatur loc. cit. In Inferno autem veniale mortali conjunctionum dimitti, potest quoad pœnam, non quoad culpam, ita quod veniale in Inferno pœna æterna non puniatur, sed temporali, ut latè ostendimus disp. 6. c. de peccatis q. 8. cum Scoto dist. 12. q. 1. quia peccato veniali nec per se, nec per accidens æterna pœna debetur, quatenus scilicet, est conjunctionum cum mortali, ut ibi fusè diccurimus. Et hæc de pœnitentiæ virtute sufficiat.

QUESTIO QUINTA.

De Pœnitentiæ, ut est Sacramentum.

98 Jam diximus ab initio disputationis hujus pœnitentiæ nomen in duplici sensu à Theologis sumi solere; primo pro virtute morali, cujus proprius actus est detestari peccatum, ac de illo commisso dolere, quatenus est offensiva quædam, & injuria Deo illata, ut explicatum est. Secundo pro uno ex Sacramentis novæ legis, id est, pro ritu aliquo externo, & sensibili divinitus instituto actus quosdam hominis pœnitentiæ, & Ministris absolventis complectente, cujus virtute à peccatis post Baptismum commissis absolvitur, ac Deo

reconciliatur; postquam igitur egimus de pœnitentiæ virtute, sequitur, ut de pœnitentiæ Sacramento agamus.

ARTICULUS PRIMUS.

De existentia Sacramenti Pœnitentiæ, ac eius essentia.

99 Primo, hoc esse Sacramentum novæ legis propriè dictum, & à Christo Domino immediatè institutum contra Hæreticos quampures definitum est in Conciliis, Constantiensis, Florent. & Trident. sess. 14. cap. 1. & eant. quàm institutionem deducunt, ut diximus disp. 5. cit. quæst. 11. ex illis verbis, quæ dixit Christus Apostolus Jo. 20. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt, quod etiam antè docuit Scotus 4. dist. 2. qu. 1. ubi explicans quænam sit hæc auctoritas Apostolis à Christo data dimittendi peccata, inquit non esse potestatem principalem quia hæc est solus Dei propria, sed arbitram & ministrariam, qualis est auctoritas Iudicis arbitrii, quod etiam adhuc magis explicat dist. 14. quæst. 4. §. Quod hæc sententiam, ubi dicit, quod pœnitentiæ est absolutio, id est, quædam sententia definitiva absolventium, non tamen sententia Iudicis principalis, sed Iudicis secundarii, vel commissarii; potest enim quis cognoscere in causa ex commissione, & sententiare vel pro condemnatione rei, si indignus sit, vel pro ejus absoluteione, si dignus sit, & tandem hoc idem confirmat 4. dist. 17. quæst. un. quod autem hæc institutio facta fuerit per modum Sacramenti propriè dicti contra Hæreticos id negantes, ex eisdem Christi verbis deducitur, & ratione funder, quia ad rationem Sacramenti propriè dicti duo maxime requiruntur, & efficiunt, scilicet, ritus extrinsecus, five symbolum divinitus institutum, & promissio gratiæ iustificantis illi symbolo annexa; sed in relictis Christi verbis Jo. 20. utrumque reperitur, promissio quidem gratiæ in illis verbis potentissima est, cum dicitur, remittuntur eis, remittuntur enim peccata, cum quis iustificatur; signum etiam sensibile ex institutione divina efficitur significans absoluteionem hominis à peccato clarissime ejusdem Domini verbis insinuat, nam cum Sacerdotibus concesserit potestatem remittendi, & absolvendi, planè illa potestas aliquo signo sensibili est exercenda, cum homines corpore constent; unde absoluteionis verbum ex eo loco clarè deducitur. Et cum absolvi nequeant, qui ligati non sunt, ac etiam qui solvi nolunt, nõn a scilicet paratum animum non iudicant recipiendi absoluteionem, nec cessantur se peccasse, & eis peccata displicere, ex eodem loco colligitur ex parte pœnitentis quoque interveniri debere ritum externum, & sensibile signum, quo hæc animi dispositionem Iudicis Sacerdotis ostendat; nil ergo deficit, quin pœnitentiæ ex vi sui institutionis sit verè, & propriè novæ legis Sacramentum.

100 Secundo, ejusdem dogmatis veritas expressis etiam Patrum testimonio probari solet, nam D. Chrysostomus lib. 3. de Sacerdotio, postquam potestatem Sacerdotibus collatam ad remittenda peccata contulit, cum potestatem eorumdem ad Eucharistiam conficiendam, postea conferens eandem cum potestatem baptizandi inquit: Neque enim solum cum nos regeremus, sed etiam postea condamnandorum vobis peccatorum purificationem obtinere. Item D. Ambrosius lib. 1. de pœnitentiâ cap. 7. inquit: Cur Baptizatis, speret hominem peccata dimitti non licet? quid interest utrum per pœnitentiâ, an per lacrum huiusmodi datum Sacerdoti sibi vindicent? & tandem Petrus Chrysostolus serm. 81. ubi sunt, inquit: qui per homines non posse peccata remitti, prescribunt? remittit Petrus peccata, & toto cum gaudio suscipit pœnitentes; atque omnibus Sacerdotibus hæc à Deo concessam amplectitur potestatem. Quibus Patrum testimonio non solum constat, Pœnitentiâ esse verum, & propriè dictum novæ legis Sacramentum, sed etiam ab omnibus aliis distinctum, & diversum, & præsertim à Baptismo contra eosdem Hæreticos id negante; quod etiam docet Scotus in eodem loco citato enim ut constat ex dictis de Sacramentis in genere, Sacramenta propriè dicta pœnes duo inter se distinguuntur, scilicet, pœnes signum sensibile, & pœnes effectum; patet autem hæc duo in Baptismo, & Pœnitentiâ esse omnino diversa, nam pœnitentiæ signum sensibile est absoluteio Sacerdotis, & confessio ipsa pœnitentis, ut modo dictum est; signum vero Baptismi est ablutio facta in aqua naturali cum illis verbis: Ego te Baptizo &c. sunt enim diversa signa, & effectus, quia licet in utroque Sacramento gratia iustificans significetur, diverso tamen modo fit hæc significatio, nam pœnitentiæ est signum gratiæ iustificantis, quatenus hominem liberat à peccato actuali post Baptismum commissio, Baptismus vero est signum ejusdem gratiæ, quatenus liberat à originali, & ab actuali quoque ante Baptismum com-

missio. Quæ etiam ratione probatur ab aliis quoque Sacramentis distingui, nam in aliis pariter Sacramentis diversa sunt signa sensibilia, ac diversi effectus, & signata, ut patet discurrunt per singula.

101 Tertio, circè essentiam, seu essentialiam huius Sacramenti constitutionem est valde agitata inter Scholasticos controversia, quæ tamen, ut omnes, fatentur, est solam de nomine, & modo loquendi, omnes enim admittunt ad faciendum pœnitentiæ Sacramentum hæc omnia requiri, scilicet, contritionem confessionem, & satisfactionem ex parte pœnitentis, & absoluteionem ex parte Sacerdotis, & sine his perfici non posse, & est diffiduum postea in modo explicandi, quomodo hæc omnia concurrant ad Sacramentum pœnitentiæ constituendum, an scilicet omnia prædicta dici possint, & debeant verè, & in rigore partes Sacramenti pœnitentiæ essentielles, vel saltem integrales, an potius in una tantum tamquam in principali consistat, & in aliis vero tamquam in circumstantiis, aut dispositionibus ad illud necessariis. Pro cuius difficultatis resolutione advertimus quæst. 11. art. 1. ab initio duplicem in Sacramentis novæ legis compositionem considerari posse ex Scoto 4. d. 3. q. 2. §. Hic primò, prima est ex signo, & significatione, quæ Recentiores Sacramentalem appellant, & fit ex rebus, & verbis, tamquam ex subiecto, & significatione Sacramentali, tamquam forma; in omni enim Sacramento invenitur id, quod assumitur ad significandam gratiam, & ipsa significatio, seu institutio, & potestas significativa, & in hoc sensu in omnibus Sacramentis, ac etiam in illo pœnitentiæ significato est forma, reliqua vero omnia etiam absoluteio ipsa in proposito sunt materia, quia ea omnia assumpta sunt, & instituta ad gratiam significandam. Secunda vero compositio in ipsa materia significante considerari potest, quæ proinde dicitur materialis, sitque ex rebus, & verbis, & ad Sacramentalem præsupponitur, & fit ex illis rebus, tamquam ex materia, & forma, & in hoc Sacramento fit ex actibus pœnitentis; tamquam ex materia, & ex verbis Sacerdotis, tamquam forma; utraque autem est materia respectu alterius forme, quæ est gratiæ significatio, quæ Sacramentum quodlibet pro formali importat. Et quidem omnes Theologi in hoc convenire videntur, ut dictum est loc. cit. absoluteionem esse partem huius Sacramenti intrinsecam, & essentialiam, ut docet Scotus loc. cit. quod etiam probari potest ex Cone. Trident. sess. 14. cap. 2. ubi ait, vim huius Sacramenti præcipue in verbis illis sitam esse Ego te absolvo, &c. absoluteio enim est id, quod potissimè significat, & operatur remissionem peccatorum, ergo ipsa est pars potissima, & principalis huius Sacramenti, ut Sacramentum est, quia post se omnibus aliis, & sola deficiente absoluteione non datur Sacramentum pœnitentiæ.

102 Quarto, diximus quoque loc. cit. num. 309. actus etiam pœnitentiæ esse partem materiale intrinsecam huius Sacramenti adæquate considerari, & sumpti pro aggregato ex rebus, & verbis, quod est proximum, & adæquatum fundamentum significationis Sacramentalis, quod etiam probavimus ex eodem Trident. loc. cit. ubi dicit, quod sunt quædam materia huius Sacramenti ipsius pœnitentiæ actus, qui quatenus in pœnitente ad integritatem Sacramenti, ad plenamque, & perfectam peccatorum remissionem ex divina institutione requiruntur, hæc ratio nem pœnitentiæ partes dicuntur. Confirmatur, qui forma absoluteionis habet verè rationem forme in genere moris scilicet rationem determinantis, ac pœnitentiæ, ac suo modo informantis, ergo debet ei necessarîo correspondere in genere moris aliqua materia per modum determinabilis, & perfectibilis, hæc enim sunt correlativa, hæc autem materia per verba absoluteionis determinabilis, & perfectibilis aliud commodius statui nequit, quam ipsius pœnitentiæ actus. Denique sicut in Baptismo v. gr. non sola verba ministri, sed etiam absoluteio in ipso Sacramento includitur, & sic in aliis, ita etiam non sola verba absoluteionis sed confessio quoque supra quam absoluteio cadit, includitur in hoc Sacramento, & hoc totum ex utraque parte compositum fundat integram, & totalem significationem Sacramentalem à Christo institutam, Christus enim non solum absoluteionem, sed etiam actus pœnitentiæ instituit, ut ad eorum omnium positionem operetur gratia, & ideo omnia hæc conceptus non salvatur sine omnibus enumeratis, scilicet sine contritione, confessione, & satisfactione in voto, seu proposito satisfaciendi ex parte pœnitentis, & absoluteione juridica ex parte Ministris, ergo &c. Minor probatur, nam judicialis absoluteio essentialiter dicit, & importat accusationem delicti cum proposito exequendi pœnam à Iudice infligendam, & ipsam Iudicis sententiam, ut supra dictum est, quatenus autem est signum gratiæ cum Deo reconciliativè necessario supponit contritionem ex parte reconciliandi, sine qua perfecta conciliatio intelligi nequit, ut supra dicebatur ergo sine omnibus prædictis conceptus huius Sacramenti essentialis adæquate salvari nequit, scilicet, sine contritione, confessione, & proposito satisfaciendi, tamquam ma-

mentalis, & actus pœnitentis sine quibus prærequisitum. Hæc tamen mens non est, ut etiam Faber ipse fatetur disp. 9. cap. 2. quia pœnitentiæ Sacramentum deficiens ait, quod est absoluteio hominis pœnitentiæ &c. Unde actus pœnitentis quoque agnoscitur esse partem istius Sacramenti, & cum absoluteione constituere integrum fundamentum relationis signi, quæ etiam ratione d. 17. q. un. R. contritionem, & confessionem partes pœnitentiæ appellat, ut loc. e. fusè ostendimus.

103 Quinto ad dimus l. c. n. 313. inter partes materiales huius Sacramenti adæquate sumpti præter Confessionem assignandas esse quoque contritionem, & satisfactionem, cum hæc tamen limitatione, ut satisfactio in voto, id est, proposito saltem implicitum satisfaciendi sit pars essentialis Sacramenti, in re autem exhibita, five executio eiusdem sit tantum pars integralis. Et quidem quod contritio spectet ad materiam essentialiam huius Sacramenti ex eo patet, quia quando absoluteio loquendo confessio dicitur huius Sacramenti materia, intelligitur confessio dolorosa, quæ fit cum peccatorum detestatione, & ideo hæc tamquam una adæquata materia assignatur, nam sine hæc confessio non haberet veram rationem accusationis sui ipsius, sed esset solum historica quædam narratio, vel simulata quædam accusatio, unde illa actio veram rationem iudicii non haberet. Quod verò satisfactio in voto, seu proposito saltem implicitum satisfaciendi in vindictam peccati commissi fit pars essentialis huius Sacramenti deducitur ex Scoto 4. d. 16. quæst. 1. E. ubi ait, quod dum peccator Sacramentum pœnitentiæ per absoluteionem, debet pœnitens habere votum satisfaciendi, & hoc modo satisfactio dicitur concurrere tunc ad peccatum Sacramentum, qui enim contritus, vel attritus confitetur, habet etiam votum, & propositum satisfaciendi, id est, resolvendi pœnam post absoluteionem relinquendam, nam si peccator tale propositum non haberet saltem implicitè, sed haberet voluntatem contrariam, vel negativam, Sacramentum non conficeretur; ergo in hoc sensu pars ejus essentialis conferri debet, nam judicialis absoluteio essentialiter dicit accusationem delicti cum proposito exequendi pœnam à Iudice infligendam, & ipsam Iudicis sententiam, & in hoc sensu satisfactio quoque esse partem essentialiam huius Sacramenti, & non tantum integram docent etiam Amie disp. 10. lect. 4. Brancatus nosser disp. 17. a. 1. & plures alii. Tandem, quod satisfactio in re exhibita non sit pars essentialis, sed tantum integralis ex eo patet, quia enim perfecta est essentia Sacramenti, & collata iustificacionem delicti ante executionem satisfactiois, inunctæ, ideo satisfactio re ipsa exhibita pars essentialis Sacramenti conferri non debet, sed tantum integralis, quia licet ad primum, & præcipuum eius effectum non sit necessaria, scilicet, ad remissionem culpæ, cum hæc à satisfactioe re ipsa exhibita non dependeat, conducit tamen ad secundum effectum, scilicet, ad remissionem pœnæ temporalis, & ideo satisfactio sic supra dicitur tantum pars integralis, quia sine ipsa constaret utique essentialiter Sacramentum, sed veluti mutilum, sicut se habet homo exanimis, & corpore essentialiter constans, deficiens tamen brachiis, aut alia parte essentiali, quæ dicitur integralis, quia hoc Sacramentum non solum est signum, & causa remissionis culpæ, sed etiam pœnæ relicte ex peccato, cum hoc tamen discrimine, quod primo, & essentialiter constituitur per rationem signi prædicti significantis remissionem peccati, secundario autem remissionem pœnæ temporalis, & ideo satisfactioe deficiente licet adhuc in essentia constitutum remaneret ob remissionem peccati vi ipsius obtentam; remaneret tamen veluti mutilum, quia non esset signum, & causa remissionis pœnæ temporalis post remissionem peccati adhuc remanentis.

104 Sexto deduximus ex dictis loc. e. nu. 315. Sacramentum pœnitentiæ essentialiter constare contritione, confessione, & proposito saltem implicito satisfaciendi, tamquam materia, & absoluteione juridica ministris, tamquam forma. Ratio est, quia primarius, & adæquatus conceptus huius Sacramenti totaliter, & adæquate considerati modo superius explicato est esse signum efficacis gratiæ reconciliativè peccatoris cum Deo per modum iudicii absoluteionis, ut omnes concedunt, sed hic conceptus non salvatur sine omnibus enumeratis, scilicet sine contritione, confessione, & satisfactioe in voto, seu proposito satisfaciendi ex parte pœnitentis, & absoluteione juridica ex parte Ministris, ergo &c. Minor probatur, nam judicialis absoluteio essentialiter dicit, & importat accusationem delicti cum proposito exequendi pœnam à Iudice infligendam, & ipsam Iudicis sententiam, ut supra dictum est, quatenus autem est signum gratiæ cum Deo reconciliativè necessario supponit contritionem ex parte reconciliandi, sine qua perfecta conciliatio intelligi nequit, ut supra dicebatur ergo sine omnibus prædictis conceptus huius Sacramenti essentialis adæquate salvari nequit, scilicet, sine contritione, confessione, & proposito satisfaciendi, tamquam ma-

teria ex parte penitentis, & iudicia absolutionis, tanquam forma ex parte ministri, ut bene dicitur Amic. l.c. Confirmatur, quia nihil obstat, quin omnia prædicta dicantur partes essentialis huius Sacramenti ad proximum fundamentum significationis explicato, quod est proximum fundamentum significationis Sacramentalis, vel enim obstat, quia sunt res diversi generis, & non continentur aliquid per se unum, cum non habeant per modum per se actus, & per se potentie, vel quia non omnia importentur æqualiter per concretum Sacramenti, sed unum in recto, & aliud in obliquo, sed primum non obstat, nam solum impedit, quin dicantur partes essentialis entis per se metaphysice, & logicè; at præter hoc esse essentialia, datur etiam alius modus essendi tale nam omne accedens concurrens cum substantia ad totum accidentale constituendum, dicitur essentialia tali toti, cum non minus ad illud unum requiratur, quam aliud. Neque secundum obstat, quia non repugnat aliquam esse partem alicuius concreti, quæ tamen per illud non significetur in recto, sed tantum in obliquo, ut patet de albo, cuius pars intrinseca tamen est albedo, quam subiectum, etiam unum importetur in recto, & aliud in obliquo, ergo etiam in proposito nil obstat, quin actus penitentis, & absolutio dicantur partes essentialis huius Sacramenti. Alias objectiones contra præcedentem doctrinam vide solutas q. cit. art. 2.

105 Septimo concludimus q. 11. cit. ar. 3. nu. 328. Sacramentum penitentia sumptum pro aggregato, quod est proximum fundamentum significationis Sacramentalis, importare in recto absolutionem, in obliquo vero actus penitentis. Ita Scot. & Scotus passim l. c. 4. d. 14. q. 4. A. & d. 16. q. 1. E. quod etiam sententia videtur D. Bonav. Alensis, & Riccardus in presenti, quatenus dicunt, quod considerando penitentiam, prout est Sacramentum supponit pro absolutione, quod evidenter deducitur ex Trid. sess. 14. cit. cap. 4. dum ait vim huius Sacramenti præcipue in verbis illis formæ sitam esse. *Ego te absolvo*, & ex Conc. Colonien. sic, dum inquit, hoc Sacramentum potissimum in absolutione presbyteri consistere, quæ testimonia clariora esse nequeunt pro nostri asserti probatione, quod hoc Sacramentum præcipue sit, & in recto absolutionem importet, actus vero penitentis in nobliquo tantum, & pro connotato; id enim significatur in recto ab aliquo concreto, quod est principalis in eo; sed ex Conciliis adductis absolutio in hoc Sacramento principalis importatur quia in eo dicitur præcipue huius Sacramenti virtutem sitam esse; ergo &c. Quod vero actus penitentis importentur in obliquo probatur, quia ex dictis in Instit. log. ca. 3. importari per modum connotati, & in obliquo, & aliud non est, quam concretum intelligi non posse, nisi ad ejus intelligentiam aliud coincelligatur, quod datur intelligi ex modo significandi principalis significati; sed ita se habent actus penitentis in Sacramento penitentia, quia nequit haberi conceptus quidditativus, & quietativus iudicii, & sententiæ iudicialis sine accusatione, examine, & confessione, iudicium enim humanum intrinsece constat, non solum ex sententiâ iudicis, sed ex aliis etiam actibus iudicialibus; ergo cum hoc Sacramentum sit a Christo institutum per modum iudicii, connotat, & dat intelligere actus penitentis, ideoque cum definitur dicitur esse *absolutio hominis penitentis*. Tandem, quod nequeat in recto importare utrumque nempe absolutionem, & actus penitentis, probatur ex dictis in summulis l. c. quia nullam compositionem accidentalem potest ex se quo importare utramque partem, scilicet subiectum, & formam, cum non faciant per se unum logicè, & metaphysice, sed unum importatur in recto, & principaliter significatur, aliud in obliquo, & connotatur; cum igitur aggregatum ex rebus, & verbis in hoc Sacramento sit compositum accidentale, nec dicat per se unum logicè, & metaphysice, nequit, illa ex se qua importare in recto, sed importabit illud in recto, quod principaliter significatur, scilicet, absolutionem, & in obliquo quod connotatur, vel datur intelligi ex modo significandi principalis significati, nempe penitentis actus.

106 Sed obiicit quidem Thomistæ putantes cum Scoto 4. d. 14. q. 1. 2. t. Sacramentum penitentia supponere in recto pro actibus penitentis connotando in obliquo absolutionem, quia illum importatur in recto ab aliquo concreto, quod ex vi nominis datur intelligi, sed ex vi non omnis penitentia non datur intelligi absolutio, quia absolutio non est penitentia, sed solum penitentis actus, non solum penitentis actus ponere penitentiam. Respondemus loco cit. nu. 329. maiore verificari, quando nomen ad significandum totum importatur, vel est tota rei essentia, vel saltem ex parte eius principaliori derivatum est; interdum vero contingit tale nomen delimiti ex una parte magis nota, licet principalior non sit, ut constat de Baptismo, qui talis à sola absolutione denominatur, quæ est pars magis nota, sed minus principalis, imo quandoque ex solo effectu delimitatur, ut Ordo, qui potius videtur effectus Sacramenti, quam ipsa actio

ordinandi; unde argumentum concludit solum hoc Sacramentum esse penitentiam ratione alicuius sue partis essentialis, præterquam absolutionem quoque includit, tanquam partem etiam magis principalem, quo pacto etiam Confirmatio dicitur Christum ab altera parte, & extrema Unctio à sola materia denominatur, Præterquam quod hoc Sacramentum non tantum dicitur penitentia, sed etiam interdum appellatur Sacramentum reconciliationis ab effectu, interdum absolutionis à forma, sic enim appellatur à Trid. sess. 14. cit. c. 3. & quandoque etiam appellatur Sacramentum Confessionis à notiori parte materiz, & ita vulgariter vocatur.

107 Denique ut diximus loco cit. nu. 331. consequenter ad doctrinam allatam Scotus 4. d. 14. q. 4. sub. A. hoc Sacramentum definit quod est *absolutio hominis penitentis facta certis verbis cum debita intentione prolatis a sacerdote iurisdictionem habente ex institutione divina efficiatur significaverit absolutionem animæ a peccato*, quæ definitio cæteris exactior censeri debet, quia huius Sacramenti quidditatem per omnes causas explicat, etenim illa prima particula *absolutio* explicat formam huius Sacramenti pro aggregato sumpti, & quia in omni Sacramento verba sunt forma, hic explicatur genus verborum, scilicet oblativum, illa particula *hominis penitentis* materiam explicat causam; quia penitentis actus sunt materia huius Sacramenti modo jam explicato; alia duæ particule a *Sacerdote iurisdictionem habente ex institutione divina* causam efficientem explicant, tum ministerialem, qui est Sacerdos, tum principalem, qui est Deus; illa particula *significaverit* explicat formale per se huius Sacramenti, etenim ut sæpe dictum est ex Scoto 4. d. 3. q. 2. §. *hic prima* relatio signi ad significatum est formale per se in quocumque Sacramento; ac tandem illa particula *absolutionem animæ* explicat causam finalem proximam huius Sacramenti; ergo est definitio data per omnes causas, atque ideo aliis exactior, ut suffus declaramus l. cit. Quomodo autem Sacramentum penitentia sit unum, & qua unitate vide l. c. n. 334. & seq.

ARTICULUS SECUNDUS.

Quæ sit materia Sacramenti Penitentia.

108 **I**Am in superioribus dictum est ex Scoto 4. d. 3. q. 2. §. *hic primo* dupliciter in Sacramento novæ legis compositionem considerari posse, juxta quam duplex quoque materia, scilicet duplex forma in eis assignari potest, quodlibet enim Sacramentum habet compositionem ex relatione signi, & rebus in quibus tali relatio fundatur, & juxta hanc compositionem, quæ sacramentalis dicitur, forma est relatio signi, materia vero res, in quibus fundatur. Et quoniam res, in qua fundatur relatio illa, plura includit, nimirum verba, & alia quæ non sunt verba, habet aliam quoque compositionem ex rebus, & verbis, quæ; ergo talis compositio etiam in Sacramento penitentia reperitur, nempe ex verbis absolutionis a sacerdote prolatis, & ex actibus ipsius penitentis, ut constat ex art. præced. videndum est in præsentem quodnam ex illis habeat rationem materiz, & quodnam rationem formæ. Pro resolutione autem quæritur supponimus ex dictis disp. 5. cit. q. 12. a. 1. ab initio in Sacramento penitentia, sicut & in aliis novæ legis Sacramentis, duplicem materiam esse distinguendam, remota, scilicet, & proximam, materia remota Sacramenti dicitur illa, quæ circa quam versatur materia ipsa proxima ut in Baptismo aqua dicitur materia remota, quia circa illam versatur ablutio, quæ est materia proxima. Rursus materia alia est ex qua, & alia circa quam; prima dicitur quæcumque res concurrens ad constitutionem alterius per modum subiecti, ut lignum respectu arboris, vel statua, & dicitur *ex qua*, quia ex ea, & forma res constat, & componitur. Materia vero, circa quam proprie talis dicitur in ordine ad aliquam potentiam, vel actum, & est quæcumque res, quæ potest esse obiectum alicuius potentie, vel actus; hoc prænotato.

109 Primo diximus loco cit. actus penitentis esse materiam proximam huius Sacramenti, scilicet contritionem seu dolorem sumpto generatim hoc nomine, prout etiam attritionem complectitur, confessionem, ac etiam huius modo factis satisfactionem ita expresse docent Florentinum in literis Eugenii, & Trident. sess. 14. c. 3. ubi absolutionem vocant formam huius Sacramenti, actus vero penitentis quasi materiam, abhibent autem particulam illam diminuentem *quæ sit*, quia in aliis Sacramentis materia est aliquid sensibile, & tangibile corpus, seu ejus applicatio, ut aqua, & ablutio, oleum, & unctio, in hoc autem non est talis materia corporea, sed solum humana locutio, ut explicat Cæcilius de Sacramento penitentia nu. 14. Ratio autem deducitur ex jam dictis disput. de Sacramento in genere, ubi loquendo de compositione materiali Sacramentorum ex rebus, & verbis juxta doctrinam Scoti loco cit. 4. d. 3. quæst. a. dicebamus illud quod

quod est magis significativum, & determinativum esse formam, quod autem est magis determinabile, & minus significativum esse materiam, ac ideo dicebamus communiter in quocumque Sacramento rem esse materiam, quia est magis determinabilis, & minus significativa, verba vero esse formam, quia sunt magis significativa. Cum igitur ad Sacramentum penitentia componendum pro materiali, & aggregato concurrant res, & verba sicut ad alia Sacramenta, & res sint penitentis actus, sine quibus forma nihil efficit, nec efficacia habet significationem, sequitur in hoc Sacramento actus penitentis merito dici materiam, & verba absolutionis formam. Dicitur autem materia proxima, quia proximè ad ea spectant, quæ sunt ad hoc Sacramentum simpliciter necessaria, & sine quibus essentia huius Sacramenti subsistere nequit, qua ratione dicuntur etiam partes huius Sacramenti essentialia, ut dictum est ar. præc. ac proinde etiam dici debent materia ex qua huius Sacramenti, & non tantum circa huius Sacramenti, ut dixit Pontius disp. 45. qu. 1. nam eo ipso, quod Concilia, & Patres actus penitentis appellant penitentia partes, jam explicari nequeunt de materia circa quam, quia hæc nunquam est pars illius, cuius dicitur materia circa quam, sed necessario intelligi debent de materia ex qua, quæ necessario habet rationem partem.

110 Secundo diximus ibidem num. 339. materiam remotam huius Sacramenti esse tantum peccata actualia post baptismum commissa, vel potius materiam remotam huius Sacramenti esse peccata actualia penitentis, quatenus sunt materia circa quam versatur, sicut Medicinæ circa vulnera. Ita Scotus 4. d. 4. qu. 5. ad 3. & est communis in omni secula; & probatur, quia materia remota huius Sacramenti, quod per modum iudicii emendativi fuit institutum est illa, quæ est materia iudicii, sed materia remota iudicii fuit criminata delinquentis emendanda; ergo materia remota huius Sacramenti sunt peccata penitentis, Tum quia illa est materia remota alicuius Sacramenti, circa quam versatur materia ejusdem proxima, ut dictum est ab initio articuli; sed materia proxima huius Sacramenti sunt actus penitentis ex præcedenti asserto, qui versantur circa peccata tanquam circa materiam delendam; ergo &c. Deinde quod sint peccata tantum actualia post baptismum commissa probatur, quia peccatum originale, & actualia ante baptismum commissa tolluntur per ipsum baptismum ut ex Trid. deducitur c. 1. & 2. ubi dicitur penitentia Sacramentum institutum esse ad reconciliandum fideles post baptismum lapsos, & ratio est, quia iudicium sententiam non potest valide fieri, nisi in eos, & circa eos; quo iurisdictionem habet; at Sacerdos iurisdictionem habet tantum in eos, qui in Ecclesia per annum Baptismi sunt ingressi, ac proinde in ea tantum peccata post talem ingressum commissa; peccatum autem originale, aut etiam actualia ante baptismum commissa non subicitur iurisdictioni, aut iudicio Ecclesie cum homo, dum ea commisit, non esset subditus Ecclesie, & Ecclesia non iudicet de illis, qui non sunt subditi juxta illud 1. Corinth. 5. *Quid mihi de his, qui foris sunt?* Tandem, quod huiusmodi peccata post baptismum commissa melius dicantur materia circa quam, quam remota materia ex qua, patet quia materia quoque remota est pars constitutiva ex qua, patet quæ materia, ut patet in omni composito naturali, & artificiali, ac etiam in aliis Sacramentis, ut constat de aqua in Sacramento Baptismi & oleo benedictio in extrema Unctione, ac peccata nunquam hoc Sacramentum constitunt, & ideo non recte ejus materia appellatur ejus remota, si per hanc intelligatur materia ex qua sed tantum quatenus sunt materia circa quam versatur hoc Sacramentum, sicut medicina circa vulnera ut etiam Brancatus notavit disp. 17. ar. 2. & Coninch. disp. 4. dub. 3.

111 Tertio diximus ibid. n. 340. omnia peccata actualia post baptismum commissa esse huius Sacramenti materiam cum hoc discrimine, quod mortalia sunt materia necessaria, venialia vero tantum sufficiens. Hæc est communis assertio, & Scoti 4. d. 17. qu. un. in fine, & habetur ex Conc. Trid. sess. 14. cap. 5. ubi dicit peccata venialia in confessione omitti posse absque peccato, non autem mortalia, & ratio est, quia Sacramentum hoc est necessarium post naufragium, hæc enim ratio dicitur a Patribus fecunda tabula post naufragium; sed sic est, quod sola peccata mortalia naufragium inducunt, non autem venialia, quia cum gratia sanctificante sunt incompatibilia; ergo sola mortalia sunt huius Sacramenti materia necessaria, non vero venialia, sed tantum sufficiens, & hoc etiam verum est de mortalibus per contritionem remissis, adhuc enim vobis debent absolutionem Sacramentali, & ideo non nisi in foro Sacramenti dicuntur remitti. Dicitur, quando Christus dedit Sacerdotibus potestatem absolvendi peccata verbis illis *Quorum remiseritis peccata*, &c. vel inclusit venialia, vel non, si non, ergo non dedit eis potestatem ab eis absolvendi, atque ideo non erunt apta confessionis materia, si includit, ergo sicut propterea fideles obligavit ad continentia

mortalia, & dedit potestatem Sacerdotibus ea retinendi, ita etiam de venialibus. Respondetur cum Averfa quæst. 10. sect. 1. Christum in potestate remittendi peccata, quam contulit Sacerdotibus, inclusisse utique etiam venialia, sed non ob id fideles obligasse ad eorum confessionem, & verba Christi in sensu distributivo, & accomodato accipi debere non hoc duplici remissionem genere, ut illa peccata, quorum remissio est necessaria cadat sub materia debita & necessaria, alia vero quorum remissio non est necessaria, cadant sub materia libera. Insuper potestas remittendi peccata Sacerdotibus data potest quoque super venialia cadere, quatenus potest Sacerdos denegare eorum absolutionem homini non rite disposito, sine qua absolutioe adhuc homo salvari poterit, si non habeat peccatum mortale ad iudicium, quod est cum gratia impossibile, & aliis etiam modis remissionem eorundem venialium obtinere poterit præter Confessionem Sacramentalem, ut supra dictum est quæst. præc. a. 1. de venialium remissione. Tandem quando dicitur peccata mortalia esse materiam necessariam huius Sacramenti, hoc intelligendum est etiam de peccatis mortalibus dubiis, quæ ut dubia sunt continentia, ut omnes docent.

112 Quarto est difficultas, an peccata valide confessi, & remissa possint esse materia novæ confessionis Sacramentalis, & difficultas est de materia sufficienti, non vero necessaria omnes siquidem fatentur non esse materiam necessariam, cum semel sint dimissa per hoc Sacramentum. Negant alii quod Nominales, quorum fundamentum est, quod nihil amplius circa talia peccata jam remissa, & confessi possit absolutio operari: nec verificaretur tunc forma absolutionis, quia peccata jam semel absoluta rursus absolvi non possunt, siquidem nulli solvi potest, nisi ligatus; ergo non esset absolutionis capacitas talis penitentis quia non esset ligatus, alioquin hoc Sacramentum etiam in nocenti posset impendi, qui nunquam peccavit. Ita Gabriel 4. d. 17. q. 1. a. 3. dub. 2. Rubion. d. 15. q. 2. & quidem alii, quem diximus q. 12. cit. n. 342. cum communi sententiâ licitum esse de eisdem peccatis valide confessis, & absolutis novam iteratæ confessionem Sacramentalem, & consequenter posse eadem peccata jam remissa esse materiam sufficientem iteratæ confessionis Sacramentalis, ita expresse Scotus 4. d. 19. q. 2. in fine in solutione primi principalis, ubi concedit valide, & licite idem peccatum jam remissum iterum subdi clavibus. Et probatur ex extravag. 1. Benedicti XI. de Privilegiis ubi ait quod licet de necessitate non sit iterum eadem confiteri peccata, tamen quia propter erubescentiam, quæ magna est penitentis pars, ut eorundem peccatorum iteretur confessio, reputamus salubre. Idem deducitur ex can. *Quem panes* de Penitentia d. 1. ubi sic legitur *Unde patet, quo quanto plurimus confitebitur sub spe venis turpitudinem criminis, tanto facilius consequetur misericordiam remissionis*, & tandem colligitur ex communi praxi, & usu peccatorum nominum, qui sæpe generales confessiones de suis peccatis alias confessis facere solent, etiam si nullum dubium habeant, quod priores confessiones fuerint validæ, nec alia peccata nova offerant, sed solum peccata antea confessi. Hoc etiam constat ex multis Regulis, & Constitutionibus plurimum Religioſarum, & Ordinum, qui pie, ac sancte alumnos suos ad Generales Confessiones faciendas obligant.

113 Ad fundamentum in oppositum negatur assumptum, falsum enim est peccata semel remissa non esse amplius capacia novæ Sacramentalis absolutionis saltem novo titulo, alioquin neque peccata contritione remissa essent Sacramentalis absolutionis capacia, quod optime declarat Card. de Lug. dil. 13. n. 17. nam sicut qui semel se obligavit alicui ad aliquid præstandum, potest iterum se ei obligare ad idem; & qui semel voverit, potest iterum vovere, & sæpius idem obiectum promittere, sic qui remissit debitum, potest iterum idem remittere, nam remittere in rigore obligare per confessionem juris ad non urendum iure æquifico iure offensa in ordine ad talem, vel talem effectum, quare sicut possumus per obligationem repetitam dare idem jus, seu ius ad idem alicui, ita per remissionem repetitam possumus renunciare eidem iuri in favorem alicuius, ex quo etiam patet, quod licet qui nunquam ligatus fuit, non sit solutioſus, capax qualis est innocens, tamen qui semel ligatus fuit, & absolutus, potest iterum aliquo novo titulo absolvi per confessionem juris, quod aliquando habuimus. Falsum est rursus quod tunc non verificaretur forma absolutionis, nam constat ex usu hominum, quod eadem offensam sæpius remittere solent sæpius cedendo iuri quod aliquando habuerunt, nec tamen putant se mentiri quando secunda vice remittunt. Alias objectiones ad idem vide solutas l. c.

114 Quinto est difficultas, an sufficiat ad novum Sacramentum conficiendum, novam tantum addere confessionem eorundem peccatorum iam confessorum abique novo dolore informatum, nam potius requiratur præterea novus dolor

remedium, & potentius requireretur ad delendum venialia quam mortalia, nam ad delendum mortalia sola contritio sufficit, ad venialia vero delenda ipsa requiritur cum usu Sacramentalium; tum quia si semper formalis pœnitentia requiritur; non multi essent modi venialia delendi, ut docet Trid. sess. 14. c. 5. dicens: quod unicus alius remedium possunt explorari, sed unus, scilicet formalis pœnitentia. Sufficit ergo ad venialia hoc modo delenda, quod Sacramentalia habeant annexum aliquem actum, qui sit vel pœnitentiæ formalis, vel virtualis, vel ad summum, qui referat talem usum Sacramentalium ad talem finem, id est, ut peccata venialia deleantur, ut ait Doctor dist. 21. quest. 1. E.

89 Sexto tandem est difficultas, an veniale in hac vita possit sine mortali dimitti. Communiter concedunt omnes, ut diximus q. 9. cit. art. 3. peccata mortalia remitti posse absque venialium remissione, quia non omnis dispositio sufficiens ad remissionem mortalium sufficit semper ad remissionem venialium, nam actus, quo quis detestatur peccata, quatenus sunt gravis offensæ Dei, est dispositio sufficiens ad remissionem mortalium, non vero venialium, cum huiusmodi actus detestationis non habeat sufficientem incompossibilitatem cum venialibus permanere, quæ sunt levis offensæ Dei. Sed controversia est, an etiam contra possint in peccatore venialia remitti sine mortalibus per dispositionem sufficientem ad illorum remissionem, non vero ipsorum. Et quidem communis opinio id negat, quia licet concedat omnes gratiam habituales non requiri formaliter ad remissionem venialis, cum nulla gratia habitualis quantumvis intensa incompossibilis sit cum peccato veniali; dicunt tamen necessarium requiri, vel antecedenter, vel concomitantem, ita ut nemo de facto assequatur remissionem peccati venialis, nisi vel iam iustus sit, vel tunc iustificetur. Ita Suarez, Vasquez, Nugnus, Valencia, Coninch, Pelantius, Amicus, Becanus, Bonacina, Aversa, & alii Recentiores passim, quos sequitur ex nostris Brancatus dist. 1. artic. 9. quorum commune fundamentum est, quia remissio venialium in hac vita sine infusione gratiæ habitualis fieri nequit, cum quo non fiat peccatum mortale, quod ita probant quia si veniale possit sine mortali remitti; vel id fieret in Sacramento, vel extra, non in Sacramento quia ibi semper conferitur gratia habitualis, quando digne suscipitur, mortale autem cum tali gratia consistere nequit. Nec extra Sacramentum; quia vel remitteretur per attritionem, vel per contritionem, attritio sola non sufficit, nec haberi potest in peccatore de solis venialibus, Deus enim excitare non solet peccatorem ad delendum de solis venialibus, sed potius, ut principaliter de mortalibus, contritio tandem non solum venialia, sed etiam mortalia tollit, nullus ergo est casus in quo venialia tollantur manente mortali.

90 Nos tamen art. 3. num. 264. asserimus ex opposito fundamentum posse remitti veniale peccatum relicto mortali, cui erat coniunctum per attritionem supernaturalem, & extra Sacramentum, nec semper ad eius remissionem requiri gratiam habituales antecedenter, vel consequenter; ita enim inquit Doctor dist. 2. cit. q. 1. E. cum ait, potest dici alio modo, quod peccatum veniale in ista vita remitti potest, non tantum per penitentiam interiorem, vel exterioram, quia illa non est necessaria ad hoc, sed per aliquem actum Deo magis acceptum, quam venialis displicat, &c. ubi cum Doctor conferat penitentiam interiorem cum exteriori, scilicet Sacramento, inde inferunt nomine interioris intellexisse veram contritionem formalem, vel virtuales, non vero attritionem, quia hæc seorsim sumpta non æquivaleret Sacramento, neque illud continet in voto, quare vult Doctor peccatum veniale posse in hac vita remitti absque susceptione Sacramenti penitentiae, & absque contritione formali, vel virtuali, per solam, scilicet attritionem supernaturalem, seu alium actum æqualis valoris, quo revocetur actus parvus venialis, & hanc sententiam, ut de mente Doctoris sequuntur Hiribarnes disp. 19. sect. 4. Hiquus ibidem in comment. & alii Scotistæ. Probatur 1. quia per Sacramentalia remittuntur venialia, neque Ecclesia explicat usum Sacramentalium esse tantum pro iustis, imò contrarium, ut in asperione aque benedictæ, quæ tam iustis, quam peccatoribus communicatur, & ita communis videtur fidelium sensus, qui in susceptione Sacramentalium, v. gr. asperione aque benedictæ, benedictionis Episcopi, &c. putant etiam in statu peccati mortalis se a venialibus liberari, & hoc idem significavit D. Aug. in Enchirid. cap. 71. cum inquit: De quotidianis levioribus culpis, sine quibus hæc vita non ducitur, quotidianam orationem fidelium satisfaciunt, eorum enim est dicere Pater noster, &c. fidelium dicit, & non iustorum, ut omnes comprehendant. Deinde probatur cum Hiquo ex destructione oppositi fundamenti, quod erat, ad remissionem venialis necessariam esse gratiæ habitualis infusionem, vel antecedenter, vel concomitantem, nam veniale ex dictis privatio-

no.

nem gratiæ non includit, & comparatur cum ipsa ergo ad eius remissionem non necessarium gratiæ infusio requiritur. Tandem probatur ex destructione alterius fundamenti oppositæ sententiæ, quod sola attritio ad deletionem venialis non sufficit, nam ut arguit Hiribarnes loc. cit. ita se habet attritio respectu venialis, sicut se habet contritio respectu mortalis, sed hæc destruit mortale; ergo & illa veniale potest delere, maior probatur, quia sicut mortale est avertio à rectitudine æterna, & necessaria ad salutem, & gratiæ conservationem; ita veniale est avertio à rectitudine exigua; & ut illi ad hanc conservationem, si gratia adesset, & sicut contritio æquivaleret illi rexitudini eximia, & illam continet, sic etiam attritio æquivaleret rexitudini parva, & illam continet; ergo sicut contritio remissionem mortalium inducit efficienter per modum causæ mortalis, & de congruo; ita attritio poterit servata proportione deletionem venialis inducere, & sicut contritio habet rationem meriti de congruo respectu deletionis mortalis; ita attritio habebit eandem respectu expiationis venialis.

91 Dices remissio venialium est reintegratio ad familiaritatem Dei, quæ essentialiter supponit amicitiam eiusdem, nam talis remissio fieri nequit sine restitutione specialium auxiliorum quibus homo per peccata venialia voluntarie se privavit, hæc autem in auxilia familiarissime hominem cum Deo strungunt, atque ideo venialium remissio hominem restituit ad perfectam familiaritatem cum Deo, quæ amicitiam eiusdem necessario supponit, atque ideo implicat ea remitti habitualiter gratiam non habentibus. Respondetur ex dictis art. cit. n. 266. non esse universalem verum, remissionem venialium esse reintegrationem ad Dei familiaritatem, quæ essentialiter amicitiam eiusdem supponit, sed tantum verificatur in iusto, cui dum per venialium remissionem restituntur auxilia, quibus per venialia se privavit, statim etiam ad familiaritatem Dei restituitur, quia talia auxilia ipsum in statu amicitiae inveniunt, quem effectum in peccatore producere nequeunt, quia in statu amicitiae cum non reperiunt. Itaque universales loquendo nam respectu iusti, quam peccatoris remissio venialium fit per restitutionem quorundam auxiliorum, quibus homo per peccata venialia voluntarie se privavit; hæc autem auxiliorum restitutio est diverso subiectorum statu, diversos quoque sortitur effectus, nam si talis restitutio fiat iusto, hominem restituit ad perfectam Dei familiaritatem, quia ipsum invenit in statu gratiæ, & amicitiae; vero fiat peccatoris de solis venialibus attritio talem effectum producere nequit, sed alium longè inferiorem, quia ipsum invenit in statu inimicitiae, & peccati. Neque novum est, quod eadem causa ex diversis subiectorum dispositionibus in qua agit, diversos quoque producat effectus secundarios, ut constat de Sole, qui per eundem calorem certam liquefacit, & lutum indurax; sic inquam in proposito eorum auxiliorum, & donorum restitutio, per quam veniale deletur tam in iusto, quam in peccatore licet in utriusque eundem primum producat effectum, nempe venialium deletionem, non tamen eundem secundarium, nam in iusto ratione sui facit inducere familiaritatem cum Deo, & sicut ut serventis utatur charitate, quam habet, quem effectum in iusto peccatoris sortiri non potest ratione sui status, sed alium longè inferiorem, quæ doctrina est valde notanda pro huius difficultatis solutione. Alias objectiones Aversatorum vide solutas art. 4. cit. in fine.

ARTICULUS SECUNDUS.

An veniale possit in alia vita dimitti, & quomodo.

92 PRIMUM certum est mortale in alia vita dimitti non posse, illi enim non remissio debetur æterna puniitio, & ideo quæsitum movetur solum de peccato veniali, & de hoc quidem quoad culpam, quia quoad poenam certum est in Purgatorio dimitti, quando in hac vita fuit quoad culpam remissum, quia ei correspondet poena temporalis, non æterna. Negatur aliqui venialia post hanc vitam remitti posse, quia post hanc vitam non est tempus merendi, & satisfaciendi pro peccatis iuxta illud Jo. 9. Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies hæc veniat, quando nemo potest operari, per diem autem Patres intelligunt tempus vite presentis, per noctem vero future; ita Alenis 4. p. qu. 15. memb. 3. art. 3. ubi negat venialia post hanc vitam remitti, sed solum in hac vita saltem in termino continuativo vite, & mortis, prout passim à Recentioribus refertur. Communis tamen sententia, ut diximus q. 9. cit. art. 4. affirmat, & deducitur ex illo Matth. 12. Qui peccaverit in Spiritum Sanctum non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro, ex quo Patres deducunt præcipue Gregorius lib. 4. Dialog. cap. 9. esse aliqua peccata, quæ in futuro sæculo remittuntur, in qua sententia hæc intelligi, inquit Gregorius, quædam culpas

culpas in hoc sæculo, quædam verò in futuro possunt laxari. Et ratio est, quia potest aliquis ex hac vita decedere cum solis venialibus, potest enim decedere sine quacumque consideratione venialium, & per consequens sine ulla detestatione illorum, & absque alicuius Sacramenti susceptione, ut patet de illo qui solis venialibus detinetur, & vadit dormitum, & inter dormiendum occiditur, vel in amenciam perpetuum cadit; & cum certum sit, quod salvabitur, quia est in gratia, & solo veniali detinetur nec perpetuo stabit in Purgatorio ratione peccatorum venialium nec cum culpa veniali beatificabitur, quia nihil inquinatum intrabit Regnum Cælorum; ergo potest acquirere venialium remissionem post hanc vitam, siue id fiat in ipsa separatione anime à corpore, siue toto tempore Purgatorii. Neque urget, quod dicebat Alenis, posse venialia dimitti, saltem in termino continuativo vite, & mortis, nam aut illud instans est intrinsecum vite, aut intrinsecum morti, implicat enim esse intrinsecum utriusque simul cum nequeat vita, & mors, quæ sunt contradictoria simul, esse in eodem instanti; non potest autem dici, quod sit intrinsecum vite, quia cum adhuc anima pro instanti sit in via potest venialiter peccare, cum igitur in eodem instanti non possit quis peccare, & peccata simul retrahere, assignandum est aliud tempus, in quo possit tale peccatum remitti, quod aliud esse non potest, quam instans intrinsecum morti, vel tempus in quo manebit in Purgatorio. Quare fatendum est posse veniale peccatum post hanc vitam dimitti.

93 Secundum remanet tamen adhuc difficultas de modo, & quando post mortem remittatur, de quo varii extant dicendi modi hic breviter examinandi, & quidem valde communis, & plausibilis est tam apud Veteres, quam Recentiores, quod peccatum veniale quoad culpam remittitur decedendi in charitate post hanc vitam per aliquem actum bonum conversionis anime ad Deum, & detestationis venialium. Itaque quod anima in primo instanti separationis ejus à corpore potest habere ferventem actum dilectionis Dei, & contritionem etiam perfectam omnium precedentium culparum, quia in eo instanti optime cognoscit statum suum, & est expedita ad operandum, & ex parte Dei habet auxilium efficacissimum juxta mensuram suæ gratiæ, & ipsa statim sine mora operatur, & perfectè tendit in Deum, & avertitur ab omnibus venialibus, atque ideo ille actus sufficit, ut statim tollantur omnia illa peccata, quoad culpam, Ita Durandus, Paludanus, Ricardus, Bassolius, Almainus, quos sequitur tota Modernorum Caterva Henriquez, Suarez, Vasquez, Amicus, Coninchus, Lugus, Becanus, Aversa, Calpenis, & alii passim, quorum aliqui etiam dicunt venialia deleri posse post mortem per actus contritionis, & charitatis factos in alia vita, scilicet in Purgatorio aliquo tempore post separationem anime à corpore, quia ex natura rei necesse non est, ut in primo separationis instanti anima statim eliciat sufficientem actum penitentiae pro suis venialibus. Sed hic dicendi modus Scoto non placet 4. d. 21. quest. 1. ubi in fine quæstionis ante principium solutionem inquit, quod ponere in anima separata aliquem bonum motum, vel dispositionem, quæ de congruo, vel de condigno quæ mereatur deletionem culpe venialis, non est consonum doctrinæ theologice, quæ ponit statum illum immunem ab his, & in re obscura magis recurendum est ad regulas generales, & modum remissionis secundum legem ordinariam, quæ respicit opera Viatoris, quam aliquid statuendum contra legem, quæ non admittit statum merendi in alia vita, quia post mortem non est amplius tempus merendi, nec satisfaciendi, sed solum satisfaciendi, ut aperte colligitur ex testimonio Joan. cit. operamini donec dies hæc veniat, quando nemo potest operari, & ex verbis Ecclesiastic. Ante obitum tuum operare iustitiam, quia non est apud Inferos invenire cibum, quam rationem prosequuntur ibidem Faber, Aretinus, & Hiquus, & presertim Brancatus disp. 15. ar. 13. responsiones autem, ac eversiones Recentiorum vide rejectas, & præclusas ar. 4. cit. m. 172.

94 Tertio, alius dicendi modus dimittendi venialia post mortem assignatur a Scoto loc. cit. 4. d. 21. qu. 1. E. & est quod peccata venialia decedendi in charitate statim post mortem remittantur non quidem per aliquem actum meritorium, quem habet iustus post mortem, ut præcedens opinio assereret, sed propter aliquem actum factum a iusto in vita acceptatum a Deo ad remissionem venialium talis hominis statim post ejus mortem, quamvis homo ille post mortem per actum proprium de novo non mereatur remissionem illorum venialium. Idque tenet Doctor, ut diximus loc. cit. quia ad peccatum veniale delendum non requiritur necessarium penitentiam, & displicentia formalis peccati, sed potest deleri per aliquem actum magis Deo gratum, quam actus peccati displicent, ut dictum est art. præc. cum ergo in vita sic culpa venialis possit dimitti, non est inconveniens dicere, quod etiam in primo instanti post mortem de-

leatur per acceptionem operum illorum à Deo, licet iustus tunc non possit illa referre meritorie ad Deum pro illis culpis. Cur autem Deus in vita prius illorum operum intuitu peccata venialia non deleverit, sed tantum in primo instanti post mortem, reddidit rationem Doctor, quia causa impeditibilis, dum est impedita, non ponit effectum, dum vero non est impedita ponit, sed merita illius morientis in charitate essent causa sufficiens deletionis venialium illius, vel relata ab ipso, vel à Deo acceptante illa in ordine ad aliud, si ergo non posuisset obicem continuando peccatum, in vita erunt ei dimissa, si vero posuisset obicem, Deus in vita illa non dimisit; quia ergo post mortem non potest amplius obicem ponere continuando in peccato, quia post mortem nemo amplius meretur, vel demeretur, statim venialia remittuntur ob actus bonos, qui in vita præcesserunt, & magis Deo plauerunt, quam veniale displicuerit. Concludit itaque Doctor remitti utique venialia in primo mortis instanti, non per actum tunc elicitum, ut præcedens modus assereret, quia tunc homo est extra statum vite, sed per media facta in vita relata ab ipso merente, vel à Deo ad remittenda hæc venialia post mortem, quem dicendi modum amplius declaramus loc. cit.

95 Quarto, alius quoque dicendi modus, quo peccatum veniale potest in alia vita dimitti, assignatur a Scoto loc. cit. & est per satisfactionem, seu solutionem totius poenæ temporalis, ad quam veniale ordinatur, ita ut illud sit culpa venialis remissio in purgatorio, quam solutio poenæ temporalis debet per illa quod ita declarat Doctor, quia actu transacto culpa quæ manet, nihil aliud est, nisi reatus ad debitam, ille vero reatus peccati venialis non est, nisi ad poenam temporalem, ut constat ex dictis; ergo soluta poena temporalis in purgatorio, quæ pro veniali debetur, culpa venialis erit remissa, quem dicendi modum sequuntur veteres Scotistæ, ac etiam Recentiores, Faber, Aretinus, Gavaius, & alii passim, paucis quibusdam exceptis, ut potest conformem doctrinæ, quam universali ter tradidit Doctor de macula, & peccato habituali 4. d. 14. qu. 1. ar. 1. ubi ait formale contritum peccatoris esse reatum quemdam, seu quamdam obligationem ex actu peccaminoso contractum, quæ statim ad aliquis peccat, siue mortaliter, siue venialiter, obligatur ad poenam peccato correspondentem quocumque pena illa soluta fuerit, quam germanam Scoti sententiam de peccato habituali late declaravimus lib. 1. sent. disp. 6. qu. 8. ar. 6. & seq. Verum quia non omnes Scotistæ, ut diximus loc. cit. hunc dicendi modum a Scoto assignatum pro dimissione venialis culpe in alia vita eodem modo declarant, ideo ex dictis loc. cit. de habituali peccato advertendum est, quod cum ait Doctor peccatum veniale posse in purgatorio dimitti per satisfactionem, seu solutionem totalis poenæ temporalis, ad quam veniale ordinatur, pro poenæ solutionem non esse præcisè intelligendum ipsius poenæ exhibitionem, & executionem, nam hæc quoque datur in Inferno, ubi damnati poenam temporalem luan pro peccatis venialibus in hac vita commissis; & non remissis; & tandem per satisfactionem talis poenæ finitur, & terminatur, cum fit temporalis, & non æterna, ut diximus d. 6. cit. de pec. qu. 8. & adhuc reatus culpam non dimittitur, sed perseverat ratione status, ut ibi dictum est nu. 230. & ratio est, quia aliud est loqui de poenæ actuali exhibitione, & aliud de dignitate, & obligatione ad eam ex tali actu contracta, in qua propriè consistit reatus culpe; potest enim adhuc ista manere culpa non retractata, etiam si poena semel sit satisfacta, & soluta, ut si reus ob commissum crimen mereatur una tantum vice fugitari, si postquam est virgibus cæsus, peccati patratu non poeniteat, adhuc crimen in eo habitualiter, vel moraliter manens, quatenus non est retractatum, dicitur fugigatione dignum, seu illa poena, quæ semel ei fuit inflicta, non autem nova fugigatione, hoc enim evidet novam dignitatem ponere, non antiquam durare, quod evidenti exemplo declarat; Doctor enim eximus, postquam semel Doctoris lauream accepit, adhuc dicitur laurea dignus, non quod sit semper laureandus quædam vivit, sed quia femp dignitatem tenet ad lauream, quam semel accepit, ut dicimus loc. cit.

96 Quando igitur in presenti dicimus veniale eriam quoad culpam posse in purgatorio remitti per solutionem totius poenæ temporalis illi debite, non tantum intendimus solutionem ab illa actuali poena, sed etiam ad debitam, ad eam, in qua præcipue reatus culpe venialis consistit, adeo quod soluta totali poena statuta pro venialibus non solum anima purgans ab actuali illa poena liberetur, sed etiam à debito, & obligatione ad eam, in qua consistit ipsius culpe venialis reatus, & hanc venialium remissionem Patres aperte deducunt ex illa Apostoli auctoritate 1. Corint. 3. ubi loquens de anima purgante inquit: Sic salvetur quis quasi per ignem, quibus verbis insinuat peccata venialia in purgatorio dimitti per satisfactionem, & purgationem ignis, non tantum quoad reatum poenæ, quæ remanet ibi

Mastris Theolog. Moral.

etiam in hoc locutionis modo indicativo optime intelligitur Sacerdos totum facere auctoritate Christi Domini iusta verba quæ forma absolutioem præmitti solent. Quando denique Patres interdum absolutioem vocant orationem, & deprecationem, hoc dicunt ob alia verba deprecationis, quæ in hoc ministerio adijungi solent, ut exponit D. Thomas. 84. art. 3. ad 2.

123 Quinto dubitatur, an absolutioem forma sub conditione prolata sit, valida. Communis sententia docet, ut diximus l.c.n. 362. quod absolutio data sub conditione de præterito, vel de præterito valida est, non verò quæ profertur sub conditione de futuro. Ratio prioris partis est, quia illa conditio de præterito, vel de præterito non suspendit actum, & ex multis causis potest dubitari Sacerdos, an rite absolvet penitentem, ac proinde potest ita absolvere, si non es absolutus ego te absolvo. Ratio posterioris partis est eadem, quia conditio de futuro suspendit actum, illa enim verba, absolvo te si eras reus, vel eleemosynam dederis, reddunt hunc sensum, verba quidem absolutioem nunc profertur, sed effectum illorum conferre nolo usque ad illud tempus, quo te ipsa restituas, vel eleemosynam dabis; quod quidem non est in potestate Ministri, quia hoc Sacramento est agens necessarium, ac proinde in eo instanti, in quo est, producit effectum suum in suscipiente rectè disposito, neque est in potestate Ministri talem effectum suspendere. Ità rem explicant Averfa, Caspensis, Bonacina, Ledesma, Lambertus, Gammachus Abell, & alii Recentiores passim.

124 Verùm hæc communis sententia plures, & graves patitur difficultates, ut ostendimus loc. cit. nisi melius explicetur, ac proinde subdubium ibidem nu. 363. rem sic esse explicandam, quod conditio, vel est de re necessario connexa cum actu Ministri, vel cum ipso penitente, v.g. si ego sum vivus, si sum Sacerdos, &c. quæ subintelliguntur, etiamsi non profertur; sic ex parte penitentis, si es atrox, si es integrè confessus, quæ etiam ex parte ipsius supponuntur, vel conditio est de re contingenti, & hæc vel præterita, vel futura, vel præterita; & tunc dicendum est, quod nulla conditio sequens naturam actus, sive sit præterita, sive præterita impedit valorem absolutioem, nam talis conditio non destruit actum illum, nec eius significatum mutat, & etiamsi non opponeretur, adhuc ut apposta subintelligeretur, v.g. hæc conditio, te absolvo, si es capax, vel rationis compos, vel si habeo potestatem absolvendi, & similes, nam conditiones huiusmodi supponuntur ad hoc, ut absolutio sit valida, unde quando etiam explicite, & verbaliter apponerentur, valorem formæ non destrunt, vel impediunt. Deinde dicendum est conditionem de præterito, vel præterito contingenti, & incerto reddere invalidam absolutioem formam, quia talis conditio reddit formam dubiam, cum neque Minister, neque suscipiens sint certi de adimplentione talis conditionis, ut v.g. si Princeps dormit, vel nocte præterita dormivit, Ego te absolvo, talis conditio reddit invalidam absolutioem formam, reddit enim signum Sacramentale incertum, & indeterminate, siquidem neque Minister, neque suscipiens certa est illius conditionis adimpletio. Tandem dicendum est formam absolutioem prolata cum conditione de re possibili, vel futura contingenti non esse validam ob eandem rationem, quia forma valida, est signum certum effectus Sacramentalis, talis autem non est forma sub illa conditione prolata, nam propositio conditionalis non facit certitudinem, nisi adimpleta conditione, sed si conditio est futura, non est impleta, quando forma profertur, atque ideo tunc non est certum signum, nec dici potest, tunc formam esse validam, quando adimpletur conditio, quia tunc verba non ad sunt, neque alie comparat; ergo neque validitas, tum quia penitens potest mori antequam conditio adimpleatur, vel Ministri intentio retractetur. Rationes vero dubitandi oppositum vide solutas l.c.

125 Sexto tandem dubitatur, an absolutio possit conferri absenti, qui per scripta, vel nuncios confiteretur, vel saltem an confessus Sacerdoti præteriti possit ab eodem absente per litteras absolvi. Non defuerunt plures, & graves Auctores, qui opinati sunt valide, & ex iuxta causa etiam licite dari posse absolutioem inter absentes, nempe per Epistolam, vel internunciam, vel propria voce absolvendo absentem. Fundamentum est, quia hoc Sacramento in forma iudicii exercendum est ex Trid. sess. 14. can. 9. sed natura iudicii non postulat præsentiam iudicandi, cum possit iudicari, & absolvi etiam absens, ut constat de excommunicato. Sed quamvis sic aliquando opinari liceat, tamen ut diximus l.c.n. 166. post interpositam Sedis Apostolicæ declarationem, ac iussionem, ceterum iam est non posse absolutioem inter absentes dari nec licite, nec valide, ita ut semper invalidum sit Sacramento penitentia collatum absenti, si vero penitens confessus fuerit præteriti, sive absens, ita declaravit Clemens VIII. in Bulla super hoc edita anno Domini 1601. die 19. Julii, ubi ut falsa, temeraria, & scandalosa damnatur hæc propositio, litteræ per litteras, sive per internunciam Confessorio absenti peccata Sacra-

mentis aliter confiteri, & ab eodem absente absolutioem obtinere, prohibeturque sub poena excommunicationis ipso facto incurrendæ soli Papæ reservatæ. Nulla publicè, vel privatim doceatur, neque nunquam, tanquam aliquo casu probabili defendatur, aut ad præsumendum modo debeat; quibus verbis innuitur, & ita ab omnibus intelligitur, interdictam esse absolutioem in absentia, non solum in usu ordinario, sed etiam in casu extreme necessitatis; & ita non solum prohiberi, ut illicitam, sed damnari quoque ut invalidam. Et quidem hoc iudicium deducitur ex ipsa propria huius Sacramenti forma ab eo loco, quæ præsentem personam demonstrat; hic enim loquendi modus proprie ad personam præsentem dirigitur; & quamvis scribens per Epistolam eodem modo alloquatur absentem, non tamen voce, sed scripto, jam autem supra diff. 1. statuitur est absolutioem dari debere voce, & non scripto. Hoc idem est Trid. deducitur sess. 14. c. 2. ubi loquens de huius Sacramenti institutione a Christo facta inquit, *aut hoc tribunal tanquam non fuisse voluisti, ut per Sacerdotum sententiam ab admittis peccatis possent liberari*, quo loquendi modo expresse Concilium significat debere penitentiam constitui personaliter ante ipsam Sacerdotem, ut ab eo absolutioem recipiat. Deinde, hoc etiam probatur evidenti ratione, quia Sacerdos absens nequit sufficienter statum rei cognoscere per litteras, qui variari potest, & peccare post eas scriptas; ergo nec licite, nec valide potest ab ipso absolvi in tali absentia. Tandem hoc idem probat etiam Scotus 4. dist. 17. q. un. in solutione principale prope finem, quia hoc forum est secretum, talis autem modus ministrandi hoc Sacramento per litteras, vel internunciam non est secretus; ergo &c.

126 Adimus tamen ibid. nu. 367. adhuc validum esse Sacramento, si penitens per litteras mittat sua peccata Confessorio, & deinde in præsentia eiusdem dicat se de omnibus illis, quæ scripsit, accusare, & ab eodem Confessorio absolutioem obtineat in præsentia; ita inquit Doctor loco cit. dum inquit cum Glossa validam esse penitentiam per Scripturam, dummodo postea absolutioem obtineat in præsentia Sacerdotis, quod etiam tenet Aret. de mente Doctoris 4. d. 17. q. un. art. 8. & sequuntur Valentia, Heneriq. Suar. Nugnus, Bonac. Amicus, & alii Recentiores affirmantes posse penitentem Sacerdoti absenti per litteras, vel nuncios confessum ab eodem postea præteriti absolvi. Ratio est, quia in tali casu tam absolutio quam confessio fieri censetur in præsentia penitentis, & Confessorii, & nihil desiderari videtur ad validitatem confessionis, cum penitens in tali casu cum dolore integre se accuset de omnibus peccatis. Ex quibus sequitur relatum Pontificis propositioem non licere per litteras Confessorio absenti peccata Sacramento aliter confiteri, & ab eodem absente absolutioem obtinere, intelligendum esse conjunctive, ut nimirum non liceat per litteras simul confiteri, absolvi, non autem disjunctive quoad confessionem dimittat. Ad fundamentum oppositæ sententiæ iam absolute neganda est minor de iudicio Sacramentali, quod ad certam verborum formam limitatur, ad quod cætera iudicia non sunt limitata, ut constat ex dictis, hoc enim iudicium specialiter ita fuit a Christo institutum, prout Sacramento naturæ, & tenori congruum erat, & ita etiam propria rationi huius Sacramenti congruebat, quod non est aliorum accusatorem dicit, vel testium peragitur, ut iudicia humana, sed solius eiusdem rei, neque ex deductis, & probatis in foro externo, sed ex statu, & dispositione præteriti ipsius penitentis. Alias obiectiones ad idem vide solutas loc. cit. in fine quaestionis.

QUESTIO SEXTA.

Devi, & effectibus Sacramenti Penitentia.

127 Am diximus d. 16. de Sacram. in genere, vim, & effectum communem omnium Sacramentorum novæ legis Evangelicæ esse conferre sanctificantem gratiam, unde iuxta hæc regulam generalem omnibus Sacramentis commune hoc Sacramento vim habet conferendi huiusmodi effectum. Effectus autem proprius huius Sacramenti cum expressis, & peculiariter significatis, prout ceteris distinctum, est remissio peccatorum post Baptismum commissorum, ad hunc enim finem proprie institutum est per modum iudicii, ut supra dictum est, omneque eius partes confesso, absolutio, & satisfactio ad hunc effectum ex divina institutione significandum, & conferendum maximam habent proportionem; pro maiori igitur explicatione effectus huiusmodi remittendi peccata post Baptismum commissa, & quorundam aliorum, hæc quæzito instituitur, quam breviter resolvemus iuxta dicta disp. 5. cit. q. 13. declarando etiam dispositionem ad tales effectus consequendos necessariam.

ARTI.

ARTICULUS PRIMUS.

Quinam sint effectus huius Sacramenti.

128 Primum dicendum est, proprium, primum, ac per se effectum huius Sacramenti, & potestatis clavium esse remittere peccata post Baptismum commissa, quorumcumque gravia quoad culpam. Hæc est vera, & communis, sententia, ut diximus qu. 13. cit. ar. 1. contra antiquos quosdam Scholasticos, qui dixerunt effectum absolutioem Sacramentalis in hoc consistere, quod Sacerdos declarat, & pronunciat peccata esse remissa a Deo, quia solius Dei est peccata remittere Itaque 43. Sacerdos verò per absolutioem Sacramentalem ostendit penitentia esse absolutum in facie Ecclesiæ, ita ut sensus verborum absolutioem sit, Ego te ostendo, & declaro absolutum a Deo per contritionem præcedentem; quem dicendi modum omnino approbarunt D. Thom. qu. 86. ar. 6. & Scot. 4. dist. 14. qu. 4. ar. 3. & dist. 19. qu. un. ubi ex professo contra Magistrum ostendit, hoc Sacramento principaliter habere vim remittendi peccata quantum ad culpam, & hunc esse primum eius effectum; ita etiam omnes alii Scholastici, & morales Auctores, qui propterea dixerunt, non necessario præteriti contritionem pro dispositione ad huius Sacramenti susceptionem, ut Veteres illi dicebant, sed sufficere attritionem, & hæc sententia est adeo hoc tempore certa, ut oppositam erroneam putent Suarez, Vasquez, Lugus, Amicus, Averfa, & alii Recentiores, nam censetur damnata a Trid. sess. 14. can. 9. illis verbis. *Si quis dixerit absolutioem Sacramento Sacerdotis non esse actum iudiciale, sed nudum ministerium pronunciatum, & declaratum peccata esse remissa, anathema sit.* Et hæc veritas aperte deducitur ex ipsi Christi verbis Joan. 20. *quorum remissionis peccata remittantur eis*, quæ in proprio, & rigoroso sensu significant remissionem peccati quoad culpam, & similiter cum dixit Matth. 16. & 18. *Quicumque solveritis super terram, erunt soluta & in Cælis*, utique primario de peccatis intellexit quantum ad culpam, nam si esset absolutio declaratoria tantum, quasi jam solutio peccatorum per contritionem præcessisset, non bene dixisset; *Quodcumque solveritis super terram, erit solutum, & in Cælis*, sed dicere debuisse *fuit solutum in Cælis*, quia solutio facta fuisset a Deo intuitu contritionis absolutioem præcedentis, cum ergo non dixerit *fuit solutum*, sed *erit solutum in Cælis*, signum est hoc consequenter se habere, illud vero præcedere.

129 Deinde hoc etiam probat Doctor ratione loco cit. nam opposita opinio Sacramento penitentia vim derogare videtur nam iuxta illam per Sacramento penitentia nunquam delentur peccatum, sed necesse est prius deliteri per contritionem ad hoc, quod digne suscipiatur Sacramento penitentia, & ex ea sequeretur etiam hoc non esse Sacramento novæ legis, & Sacerdotem Evangelicum non differre a legali, si non absolvet a peccatis, sed solum penitentem iam absolutum declararet. Tandem probatur destruendo fundamentum oppositæ sententiæ, cum enim dicebant, solius Dei esse peccata dimittere Itaque 43. inquit Doctor 4. dist. 19. qu. un. B. hoc esse verum auctoritative, & principaliter; Sacerdos autem peccata dimitte dispositivè, & instrumentaliter, ut instrumentum Passionis Christi, non quidem attingendo illum effectum physicè, & virtute propria, nec alterius, sed attingendo moraliter modo iam declarato loc. cit. nu. 375. Aliud etiam fundamentum falsum est, quod necessario requiritur contritio ante huius Sacramenti susceptionem, ut penitens censetur rectè dispositus, & sic ante absolutioem consequatur peccatorum remissionem ex vi contritionis; hoc, inquam, falsum est, nam penitens cum sola attritionem accedit vere dispositus ad hoc Sacramento, siquidem attritio sola est sufficiens dispositio ad gratiam huius Sacramenti recipiendam, & cum hoc Sacramento sufficienter disponit ad primam gratiam, & peccati remissionem obtinendam, ut late ostendit Doctor 4. d. 14. qu. 4. ar. 3. & postea Concil. definit sess. 14. cap. 4. & magis constat ar. seq.

130 Secundo, effectus huius Sacramenti non tantum est remissio peccatorum mortalium, pro quorum remissione præteriti institutum est, sed etiam venialium, sicut enim quisvis potest peccare, & salubriter hæc in confessione declarare, quia ut supra dictum est, licet venialia non sint ejus materia necessaria, sunt tamen materia sufficientes; ita de illis quoque remissionem virtute huius Sacramenti consequi posse certum est; nam si venialia etiam per alia Sacramenta remitti possunt, ut dictum est supra qu. 4. ar. 1. nu. 85. tanto magis per hoc Sacramento, quod specialiter institutum est pro remissione peccatorum post baptismum commissorum. Est tamen difficultas inter Theologos, quæ ratione peccata venialia in Sacramento penitentia remittantur; aliquid dicunt hanc peccatorum venialium remissionem in Sa-

cramento penitentia fieri per gratiam sanctificantem per hoc Sacramento ex opere operato productam, non solum secundum se præcisè consideratum, sed præteritum ut datum intuitu præteriti de alii attritionis, quæ ratione formalem cum illis peccatis habet repugnantiam, cum sit gratia reconciliationis ab ipsis. Ita Vasq. p. 2. disp. 107. c. 4. cum pluribus aliis. Verùm ad remissionem venialium necessariam non esse gratia habitualis infusionem nec antecedenter, nec concomitantem, jam diximus loc. cit. quia veniale privationem gratia non includit, & comparatur cum ipsa, atque ideo ad ejus remissionem non necessarium tollendum obicem, & absolutioem obtinendam mortalium, ac etiam venialium, quando sunt cum mortali conjuncta; tamen quando sunt separata, ut accidit in iustis, talis dispositio non est necessaria ad tollendum obicem, ut eorum absolutioem Sacramento influere possit, sed sufficere etiam potest aliqua minor dispositio, nempe actualis non concientia de talibus peccatis, & voluntas recipiendi effectum remedi, quod adhibet, ut a venialibus purgari possit, hæc enim censetur virtualis dispositio, ut a venialibus venialis defectio, dum homo vult ejus medicinam assumere, ut ab eo purgetur, ita jam virtutem supra loquentes de remissione venialium qu. 4. cit. ar. 1. & magis declarabimus inferius agendo de dolore, & proposito requirito ad confessionem venialium. Quare concludendum est, ut diximus ibidem in fine articuli nu. 91. quod universaliter loquendo tam respectu iusti, quam peccatoris remissio venialium per Sacramento penitentia fit per peccata venialia de voluntate privatis; hæc autem auxiliorum restitutio est diverso furecturum statum diverso quoque fortiter effectus, nam si talis restitutio fiat iusto, hominem restituit ad perfectam Dei familiaritatem, quia ipsum invenit in statu gratia, & amicitia; si vero fiat peccatori de solis venialibus attritio, quia ipsum inducere nequit, sed alium longe inferiori, quia ipsum invenit in statu inimicitia, & peccati, ut ibi declaramus; verùm tamen est veniale in hac vita non posse sine mortali dimitti per Sacramento penitentia, sed tantum per attritionem supernaturalem, & extra Sacramento, ut ibidem diximus n. 90. sic enim in peccatore potest remitti veniale peccatum relicto mortali, cui erat conjunctum, ut ibi declaramus, non autem per Sacramento penitentia.

131 Tertio est difficultas, quando producat hic effectus infusionis gratia, & remissionis peccatorum per verba absolutioem Sacramentalis, an, scilicet, sola illa verba *absolvo te*, quæ supra diximus esse de essentia formæ concurrant de facto ad effectum Sacramenti, nam etiam concurrant alia sequentia à peccatis tuis. Qui contendunt particulam à peccatis esse de essentia, & necessitate huius formæ requirunt ad valorem ipsius absolutioem, ut tenet Averfa qu. 32. sect. 3. cum aliis ab ipso relatis, consequenter volunt illa quoque verba concurrere ad effectum Sacramenti, ita ut effectus non ponatur, donec omnia profertur. Vasquez autem, Henriquez, & alii quamvis teneant in rigore sola illa verba, *absolvo te*, ad valorem formæ sufficere, quia implicite important illa quoque à peccatis tuis; dicunt tamen, quod quando de facto illa quoque expresse apponuntur, pertinere ad essentiam, & substantiam formæ, atque adeo concurrere, nec poni effectum donec illa prolata sunt. Denique Suarez, Card. de Lugo, Amicus, Henriquez, Pontius, & alii communiter tenent, non concurrere, quia cum verba *Ego te absolvo* ex se sufficiant, nec verba illa sequentia distrahant illorum significatum ad aliam significationem, omnino causare debent gratiam in ultimo instanti, quo profertur, & sic sequentia verba non concurrerent. Tamen adhuc probabiliter videtur, ut loco citato num. 376. quod ait Pontius disp. 46. quaest. 2. quod si Sacerdos intenderet non significare absolutioem a peccatis, nisi per integram formam, non causeretur gratia per propria verba *Te absolvo* nisi adderetur à peccatis, & consequenter in tali casu hæc quoque ultima verba ad effectum concurrentes cum enim priora verba, quantum ex se, possent significare aliam absolutioem, quam à peccatis, ut puta à censuris ab intentione Sacerdotis dependet, quod absolute prolata sine particula à peccatis significat absolutioem ab eis, ideoque si intendat tantum per omnia verba significare absolutioem a peccatis, videtur quod in tali casu illa sola verba *Ego te absolvo* non sufficiant ad habendum Sacramenti effectum. Et quamvis intentio privata Ministri validitatem formæ mutare non possit, quando manet intentio universalis facienti quod facit Ecclesia, & Christus instituit, & profertur verba ex se determinata ad significationem, quam forma debet habere; tamen quando ad aliquid verba sunt equivoca, & ex se indifferenter aliud significandum, satis probabile, est quod ab intentione Mini-